ANTIMONIUM CRUDUM. *Minera fusa*, *ex* Stibio Vulgari Linn. . . . . . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . . . . ANTIMONIO CRUDO.
ARGENTUM. . . . . . . *Metallum purum*, *ex* Argenti speciebus Linn. . . . *Hispanic. Americ.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . PLATA.

ARGILLA. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Terra.*
Argilla Communis LINN. . . . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . ARCILLA COMUN.
ARSENICUM ALBUM. *Oxygeno et Arsenico constans, ex*
Cobalto Arsenicali et Arsenici speciebus LINN. *Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . ARSENICO BLANCO.
ARSENICUM FLAVUM. *Arsenicum Sulphure combinatum.*
Arsenicum Auripigmentum LINN. *Europ. Artificial.* . ARSENICO AMARILLO, OROPIMENTE.
ARSENICUM RUBRUM. *Arsenicum Sulphure combinatum.*
Arsenicum Sandaraca LINN. . . *Europ. Artificial.* . . . . . . . . ARSENICO ROJO, REJALGAR.
ASPHALTUM. . . . . . . . . . . . . . *Phlogistum.*
Bitumen Asphaltum LINN. . *Asiatic.* ASFALTO.
AURIPIGMENTUM. Vide ARSENICUM FLAVUM.
AURUM. . . . . . . . . . . . *Metallum purum, ex*
Auro Nativo LINN. *Americ. Hispanic.* . . ORO.

## B

BARYTA. . . . . . . . . . . . . . *Terra elicita è*
Baryte Vulgari LINN. . . . . . . . . . . . . *Hispa-*

*nic.* . . . . . . . . . . . BARITA, TIERRA PESADA.

BISMUTUM. . . . . . . . *Metallum purum*, *ex* Wismuti speciebus LINN. *Europ.* . . . BISMUTO.

BITUMEN JUDAIC. Vide ASPHALTUM.

BOLUS ARMENICA. . . . . . . . . . . *Lapis.* Argilla Bolus LINN. *Armen.* . . BOL ARMENICO.

BOLUS VULGARIS. . . . . . . . . . . *Lapis.* Argilla Rubrica LINN. . . . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . . . TIERRA ROXA, BOL COMUN.

BORAX. . . . . . . . . . . . . *Sal purificatus*, *ex* Borace Tincal LINN. . . . *Indic. Oriental. Saxon.* . . . . . . . . . . . . . . ATINKAR, BORRAX.

## C

CALYBS. *Ferrum pauxillo carbonis combinatum.* . . . . . . *Artificial.* . . . . . . . ACERO.

CALX. . . . . . . . . . . . . . . . *Terra elicita è* Marmoris speciebus LINN. *Hispanic.* CAL VIVA.

CERUSSA. *Plumbi carbonas cum ejusdem metalli oxydo permixtus.* . . . . . . . . . . *Artificial.* . . . . . . . . . . . . . . . ALBAYALDE FINO.

CINNABARIS NATIVA. . . . . . *Metallum.* Hydrargyrum Cinnabaris LINN. *Hispanic. Almaden.* . . . . . . . . . CINABRIO ROJO OBSCURO.

COBALTUM. . . . . . . . . *Metallum purum*, *ex*

Cobalto Hispanico LINN. . . . . . . . . . COBALTO.
CRETA ALBA. . . . . . . . . . . . . . . . . *Terra.*
Creta Scriptoria LINN. *Hispanic.* . . . . CRETA.
CRYSTALLUS MONTANA. . . . . . *Lapis.*
Quartzum Crystallus LINN. . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . CRISTAL MONTANO, ó DE ROCA.
CUPRUM. . . . . . . . . . *Metallum purum, ex*
Cupri speciebus LINN. *Hispanic.* . . . . . COBRE.

# E

ELECTRUM. Vide SUCCINUM.

# F

FERRUM. . . . . . . . . . *Metallum purum, ex*
Ferri speciebus LINN. *Hispanic.* . . . . HIERRO.

# G

GRANATI. . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Lapides.*
Gemma Granatus LINN. . . . . . . *Indic. Europ.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . GRANATES.
GYPSUM. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Lapis*
Gypsi specierum LINN. . . . . . . . . . . . YESO.

# H

HAEMATITES. Vide LAPIS.

HYACINTHUS ORIENTALIS. . . . *Lapis.* Gemma Hyacinthus Linn. . . . . . . . . . *Asiatic.* . . . . . . . . . . . . . . . JACINTO ORIENTAL.

HYDRARGYRUS. . . . *Metallum purum*, *ex* Hydrargyri speciebus Linn. *Hispanic.* AZOGUE.

# K

KARAVE. Vide SUCCINUM.

# L

LAPIS AETITES. . . . . . . . . . . *Metallum.* Ferrum Subaquosum Variet. Ætites Linn. *Europ.* . . . . . . PIEDRA DEL AGUILA, ó ETITES.

LAPIS CALAMINARIS. . . . . *Metallum.* Zincum Calaminare Linn. . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . CALAMINA, ó PIEDRA CALAMINAR.

LAPIS CANANOR. Vide LAPIS NEPHRITICUS.

LAPIS HAEMATITES. . . . . . *Metallum.* Ferrum Haematites Variet. Rubrum. Linn.

*Hispanic.* . . . . . . . . . . . . HEMATITES ROJA.

LAPIS JUDAICUS . . . . . . . . . *Larvatum.*

Helmintholithus Echini Variet. Aculeorum LINN. *Hispanic.* . . . . . . . PIEDRA JUDAICA.

LAPIS LAZULI. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Lazurus Orientalis LINN. . . . . . . . . . *Oriental.* . . . . . . . . . . PIEDRA LAZULI, LAZULITA.

LAPIS NEPHRITICUS. . . . . . . . . . . . . .

Serpentinus Nephriticus LINN. *Americ. Europ.* . . . . . . PIEDRA CANANOR, Ó NEFRITICA.

LAPIS PUMEX. . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Lava Pumex LINN. *Italic.* . . . . . . . . . . POMEZ.

LYTHARGYRUS. *Plumbi oxydum pauxillo ejusdem carbonatis permixtum.* . . . . . *Artificial.* . . . . . . . . . . . . . . . . LITARGIRIO.

# M

MAGNES. . . . . . . . . . . . . . . . . *Metallum.*

Ferrum Magnes LINN. . . . . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . PIEDRA IMAN, HIERRO MAGNETICO.

MANGANESIUM. . . . . . . . . . . *Metallum.*

Magnesia Vulgaris LINN. . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . . . . MANGANESA GRIS.

MARMOR. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Lapis*

Marmoris specierum Linn. . . . . . . . . . . *Vulgar*. . . . . . . . . . . MARMOL, PIEDRA CALIZA.

MERCURIUS. Vide HYDRARGYRUS.

MINIUM. *Oxydum plumbi rubrum*. . . . . *Artificial*. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . MINIO.

# N

NITRUM. . . . . . . . . . . . . *Sal purificatus*, *ex* Nitro Nativo Linn. . . . . . . . . . . . . . *Hispanic*. . . . . . . . . . . . . . . . . . SALITRE, NITRO.

# O

OLEUM PETRAE. Vide PETROLEUM.

# P

PETROLEUM. . . . . . . . . . . . . *Phlogistum*. Bitumen Petroleum Linn. . . . . . . . . . . *Italic*. . . . . . . . . . PETROLEO, ACEYTE MINERAL.

PLUMBAGO. . . . . . . . . . . . . . *Phlogistum*. Graphites Plumbago Linn. . . . . . . . . *Hispanic*. . . . . . . . . . . . . . . GRAFITO, LAPIZ PLOMO.

PLUMBUM. . . . . . . . *Metallum purum*, *ex* Plumbi speciebus LINN. *Hispanic.* . . PLOMO.

## R

RUBINUS. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Lapis.* Gemma Rubinus LINN. . . . . . *Indic. Oriental.* . . . . . . . . . . . . . . . . . RUBÍ ORIENTAL.

## S

SAL AMMONIACUS. . . *Sal purificatus*, *ex* Muria Ammoniaca LINN. . . . . . . . . *AEgyptiac.* . . . . . . . . . . . . . . . SAL AMMONIACO.

SAL CATHARTICUS. . *Sal purificatus*, *ex* Amaro Genuino LINN. . . . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . SAL AMARGA, ó DE LA HIGUERA.

SAL COMMUNIS. . . . *Sal*, *ex evaporatione* Muriae Aquaticae LINN. . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . . . . . SAL COMUN.

SAL GEMMA. . . . . . . . . . . . . . . . . . *Sal.* Muria Montana LINN. . . . . . . . . . . *Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . SAL GEMA, SAL FOSIL.

SAL GLAUBERI. . . . . *Sal purificatus*, *ex* Mirabile Genuino LINN. . . . . . . . . . *Hispa-*

*nic.* . . . . . . . . . . . . . . . SAL DE GLAUBERO.
SAPHIRUS. . . . . . . . . . . . . . . . . . *Lapis.*
Gemma Saphirus LINN. . . . . . *Indic. Oriental.* . . . . . . . . . . . . . . . ZAFIRO ORIENTAL.
SMARAGDUS. . . . . . . . . . . . . . . *Lapis.*
Gemma Smaragdus LINN. . . . . *Indic. Americ.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ESMERALDA.
STANNUM. . . . . . . . *Metallum purum, ex*
Stanni speciebus LINN. . . . . . . *Hispanic. Anglic.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ESTAÑO.
SUCCINUM. . . . . . . . . . . . . . *Phlogistum.*
Succinum Electricum LINN. *Europ.* . . SUCINO.
SULPHUR. . . . . . . . . . . . . . . . *Phlogistum.*
Sulphur Nativum LINN. *Hispanic.* . . AZUFRE.

# T

TERRA ARGILLOSA. Vide ARGILLA.
TERRA BARYTICA. Vide BARYTA.
TERRA LEMNIA. . . . . . . . . . . . . . . . . .
Argilla Lemnia LINN. . . . TIERRA DE LEMNOS.
TERRA SIGILLATA. . . . . . . . . . . . *ex*
Argilla Lemnia LINN. . . . . TIERRA SELLADA.
TINKAR. Vide BORAX.
TOPAZIUS. . . . . . . . . . . . . . . . . . . *Lapis.*

Gemma Topazius Linn. . . . . . *Indic. Oriental.* . . . . . . . . . . . . . TOPACIO ORIENTAL.

TUTIA. *Oxydum zinci semivitrificatum, ex fusione*

Zinci Pseudogalenae Linn. *Germanic. Hispanic.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . TUCIA.

# V

VIRIDE AERIS. *Cupri oxydum cum ejusdem metalli acetate permixtum.* . . . . . . *Artificial.* . . . . . . . . . . . . . . . . . . CARDENILLO.

VITRIOLUM ALBUM. . *Sal purificatus, ex*
Vitriolo Zinci Linn. . . . . . . . . . . . . . *Europ.* . . . . . . . . . . . . . . . . . VITRIOLO BLANCO.

VITRIOLUM CAERULEUM. *Sal purificatus, ex*
Vitriolo Cupri Linn. . . *Indic. Italic. Hispanic.* . . . . . . VITRIOLO AZUL, PIEDRA LIPIZ.

VITRIOLUM VIRIDE. . *Sal purificatus, ex*
Vitriolo Ferri Linn. . . . . . . . . . . . *Hispanic.*. . . . . . VITRIOLO VERDE, Ó CAPARROSA.

# Z

ZINCUM. . . . . . . . . . *Metallum purum*, *ex Zinci ſpeciebus* LINN. *Hiſpanic.* . . . . . ZINC. . . . . . . . . . . . . . . . .

# CAPUT II.

## *PONDERA ET MENSURAE,*

### *EORUMQUE CHARACTERES.*

---

## *PONDERA.*

℔j. LIBRA. . . *constat* Unciis duodecim.
℥j. UNCIA. . . . . . . . Drachmis octo.
ʒj. DRACHMA. . . . . Scrupulis tribus.
℈j. SCRUPULUS. . . . . Granis viginti quatuor.
*Ob.* OBOLUS. . . . . . . Granis duodecim.
*Sil.* SILIQUA. . . . . . . Granis quatuor.
*Gr.* GRANUM quod aequat pondus grani hordei modicè crassi.

## *MENSURAE.*

Hae eisdem nominibus, quibus Pondera, donantur, et quamvis capacitate variant pro diversa liquidorum gravitate specifica, ad trutinam singulae ita revocatae sunt, ut quantitas Aquarum, Decoctorum, Oleorum et Syruporum, quae omnia Mensuris inter se capacitate distinctis metiri apud nos usu rece-

ptum est, Ponderibus exactè respondeat.

*Cong.* CONGIUS habet libras octo.

*Q*...... MENSURAE QUADRANS uncias sexdecim continet.

*Cochl.* COCHLEARE unciam ferè dimidiam, vel tres drachmas liquoris continet.

*Gut.* GUTTA minima est quae haberi potest liquoris per intervalla stillantis portiuncula.

*Gutta liquidorum Grano solidorum ferè respondet.*

SESQUILIBRA, libra una et semis.

SESQUIUNCIA, uncia una et semis.

SESQUIDRACHMA, drachma una et semis.

*N.* NUMERIS, 1, 2, 3, &c. utuntur Medici quando praescribunt aliqua, ut Fructus, Viperas, Scorpiones et similia.

*P.* PUGILLUS, quidquid digitorum apicibus comprehendi potest.

*M.* MANIPULUS, quidquid manus apprehendit quantum fieri potest dilatata.

*F.* FASCICULUS Manipulis duodecim constat.

*SS.* SEMIS medietatem cujusque ponderis significat, ut ℔ss. ℥ss. &c.

*àà.* ANA, vox à Graecis sumpta, singularum rerum prius enuntiatarum aequale pondus in schedulis sumendum esse ostendit; idest

quantum de uno medicamento accipitur, tantumdem de singulis est accipiendum.

*P. Æ.* PARTES AEQUALES, in quibusdam schedulis ubi quantitatem non est necesse praescribere, dicitur omnium partes sumendas aequales, ut in praeparatione Carbonatis Magnesiae usurpari solet.

*PP.* Idest PRAEPARATUM....... }
*S. A.* Idest SECUNDÙM ARTEM. } Dicitur
*Q. S.* Idest QUOD SUFFICIAT.... }

cum Pharmaceutico modus componendi aut ponderandi, vel mensurandi juxta Pharmaciae regulas committitur.

*Q. V.* Idest QUANTUM VIS: cum Pharmaceutici judicio Pondus, vel Mensura relinquitur.

*B. M.* Idest BALNEUM MARIAE, seu AQUOSUM.

*B. V.* Idest BALNEUM VAPORIS.

*N. B.* 1.° In compositionibus Minsicth et Fuller libra continet uncias sexdecim.

2.° Etsi characteres Ponderum et Mensurarum in prioribus editionibus Pharmacopoeae Hispanae rejecti fuere; in hâc tamen inserere opportunum duxîmus, quia in formulis diversarum Pharmacopoearum reperiuntur, et quidam Medici ac Chirurgi eos etiamnunc usurpare solent.

3.° Fasciculus, Manipulus et Pugillus mensurae sunt vagae et erroribus obnoxiae, quia portionem vel quantitatem praecisè non significant ob diversam raritatem, aut soliditatem rerum mensurabilium; cujus rei gratia, et ut Pharmaceutici certè in dispensatione schedularum, partiri vel metiri possint, sic has mensuras regulamus.

| | | |
|---|---|---|
| FASCICULUS, | libris duabus.. | *Respondet pro termino medio.* |
| MANIPULUS, | unciis duabus.. | |
| PUGILLUS, | dimidiae unciae.. | |

# CAPUT III.

## *PRAEPARATIONES SIMPLICIOR.*

### ADIPIS, AXUNGIAE, SEBI ET MEDULLAE PRAEPARATIO.

℞. Adipis Q. V.

A pelliculis et partibus carnosis separa, minutim concide, Aquâ frigidâ lava, leni igne liqua, humiditatem vapora, cola et refrigeratam serva ad usum.

### ASELLORUM PRAEPARATIO.

℞. Asellorum vivorum Q. V.

Vino Albo suffoca, ablue, exsicca lenissimo calore et serva.

*Dosis à semidrachma ad drachmam.*

### CORNU CERVI PULVERATIO.

℞. Cornu Cervi Q. V.

Scobina derade, scobem in pulverem redige, per setaceum subtilem trajice et ad usum repone.

### Cornu Cervi ustio.

(C. C. *Calcinatio.*)

℞. Cornu Cervi in frustula Q. V.

In fornace ure igne aperto ad albedinem, deinde pulvera, Aqua superaspersa laeviga, exsicca et usui serva.

### Fellis praeparatio.

℞. Fellis Tauri, vel cujusvis animalis recenter extractae Q. V.

Colâ per linteum, vapora igne lento vase vitreo, balneo arenae, ad consistentiam mellis inspissati, in vase vitreo serva et repone ad usum.

### OEsypi purificatio.

℞. OEsypi impuri Q. V.

Coque in Aquae sufficienti quantitate ut fiat liquamentum, seu puls liquida, cola per setaceum, spathulâ ligneâ agitando et exprimendo, vapora ad extracti mollis consistentiam, servaque ad usum.

*Usus externus.*

### Seri lactis praeparatio.

℞. Lactis recenter mulcti Q. V.
Miſce cum pauxillo floris Cynarae Officinarum, aut cujusvis Acidi vegetabilis, ſupra lenem ignem in vaſe fictili vitreato, ut Lac coëat. Coagulum in manicam immitte, ut ſerum ſtillet, quod ſemel et iterum trajicies.

### Seri lactis clarificatio.

℞. Seri Lactis libram unam.
Tartratis aciduli potaſſae pulverati ſcrupulum ſemis.
Cum ovi albumine agita et adde Sero ebullienti pauxillum Seri ipſius non calefacti. Cola per manicam et ſi colatura non fuerit adhuc perfectè limpida, Serum penitùs refrigeratum denuo trajice.

### Spongiae praeparatio.

℞. Spongiae in fragmenta longitudinalia diſſectae Q. V.
Multoties Aqua ablue continuè malaxan-

do, ut omnes impuritates exsudet et Aqua limpida evadat: postea fortitèr exprime, et dum sicca ferè appareat, in albuminibus ovorum immerge, continuè malaxando, donec ejus cavitates repleantur; postea manibus exprime, et cum filo cannabino fortiter circumdatis singulis fragmentis, fiant cylindri, seu bacilli, qui siccentur ad usum.

## Spongiae ustio.

℞. Spongiae lotae et à particulis terreis spoliatae Q. V.

Incide frustulatim, et in vase terreo non vitreato bené cooperto, foraminulo in parte superiori patulo, ure igne lento, gradatim augendo per sesquihoram; post refrigerationem, spongiam, seu potiùs carbonem nigerrimum, rarum et levem pulvera subtilitèr et serva ad usum.

*Usus externus.*

Eodem modo uruntur

*Spodium, seu Ebur et Similia.*

### Testarum perlarum laevigatio.

(*Matris Perlarum Praeparatio.*)

℞. Testarum Perlarum Q. V.

Probè mundatas subtilissimè pulvera et Aquâ calidâ pluries ablue. Decantatâ Aquâ supra porphyritem, aut lapidem durum expolitum, in pultem tenuissimam, addendo, quoties opus fuerit, Aquae pauxillum, laeviga, quousque dentibus applicata non strideat. Tunc in umbra sicca et ad usum serva.

Simili modo praeparantur

*Caetera testacea,*
*Corallia,*
*Lapis Judaicus,*
*Succinum et similia.*

### Viperarum praeparatio.

℞. Viperarum Q. V.

Forcipe apprehensis, caput, caudamque abscinde: eas excoria et exentera, atque, pinguedine, hepate et corde ad alios usus sepositis, truncos adhibe ad juscula, aut in aëre, umbraque exsicca et in vase clauso, loco sicco, repone.

Eodem modo praeparantur

*Angues.*

### Aloes purificatio.

℞. Aloes Q. V.

Si fortè minus pura fuerit, dissolve in Aquae sufficienti quantitate. Digere, cola cum expressione, in vase fictili vitreato vapora et sub finem in balneo aquoso ad humiditatis consumptionem inspissa.

*Dosis à scrupulo ad drachmam.*

Simili modo purificantur Extracta, Inspissamentaque.

### Gummi ammoniaci purificatio.

℞. Gummi Ammoniaci contusi, si minus puri fuerit, Q. V.

Misce igne leni Vini Albi, aut Aceti, seu potius Aquae sufficienti quantitate, spathulâ continenter agitando. Liquorem lactescentem pluries cola per setaceum. Vapora balneo aquoso ad extracti mollis consistentiam.

*Dosis à semidrachma ad drachmam.*

Simili modo purificantur

*Galbanum*,
*Sagapenum*,
*Opoponax*,
*Bdellium*, &c.

### Ladani purificatio.

℞. Ladani Q. V.

In frustula redige et in quantitate Aquae ferventis immitte, donec mollescat et quasi massa emplastrica liquida appareat; postea fortitèr agita, et dum fervet, per setaceum trajice, spathulâ ligneâ movendo, manibusque comprimendo. Post refrigerationem resinam Aquae supernatantem, malaxa et in cylindros, seu in massam serva.

*Usus externus.*

### Rhabarbari torrefactio.

℞. Rhabarbari electi pulverati Q. V.

Mitte in patinam ferream; impone igni moderato, continuò spathulâ movendo, donec fuscum colorem adquisiverit. Serva ad usum.

Simili modo torrefiunt
*Myrobalani et similia.*

## Scyllae exsiccatio.

℞. Bulborum Scyllae Q. V.

Externis squamis et meditullio ablatis, filo per intervalla nodis interstincto caeteras trajice, radiis solaribus expone, vel transversim in frustula sectas, ignis lenissimo calore exsicca.

*Dosis ad granum.*

## Terebinthinae coctio.

℞. Terebinthinae Abietis Q. V.

Coque in quadruplo Aquae ad consistentiam emplastricam, ut fiat massa pilularis ad usum servanda.

*Dosis ad drachmas duas.*

## Sulphatis aluminae exsiccatio.

(*Alumen Calcinatum.*)

℞. Sulphatis Aluminae purificati Q. V.

Humiditatem in vase figulino non vitreato tamdiu igne subjecto vapora, donec ampullas amplius non emittat; post refrigeratio-

nem pulvera subtiliter et ad usum serva.

*Usus externus.*

Simili modo exsiccatur

*Sulphas Magnesiae.*

### Sulphatis aluminae purificatio.

(*Alumen Purificatum.*)

℞. Sulphatis Aluminae communis Q. V.

Solve in Aquae sufffcienti quantitate et filtra; postea in vase vitreo vapora ad pelliculam, in loco frigido repone, ut concrescant crystalli. Liquorem decanta, evaporationesque repete, donec crystallos non obtineas.

*Dosis ad scrupulum.*

Sic purificantur

*Boras Sodae,*
*Murias Ammoniaci,*
*Sulphas Magnesiae,*
*Sodae,*
*Zinci,*
*Cupri et similia.*

### Boli armenicae purificatio.

℞. Boli Armenicae Q. V.

Cum Aqua multa permisce et agita.

Aquam, cum turbida fuerit, decanta et in vase idoneo repone. Superstiti materiae iterum Aquam affunde, tere et Aquam turbidam super priorem effunde; idque toties repete, donec totam materiam subtilissimam exhauseris. Tum Aquam omnem effusam decanta et Bolum in fundo vasis remanentem exsicca et serva.

*Dosis ad drachmam.*

Simili modo purificantur.

*Argilla*,

*Terra Lemnia.*

### Carbonatis plumbi purificatio.

(*Cerussa Praeparata.*)

℞. Carbonatis Plumbi, si minus purus fuerit, Q. V.

In pulverem subtilissimum redige, Aquâ dilue et post brevissimam subsidentiam Aquam adhùc turbidam et albicantem decanta et rejice, quod repetes, donec addita nova Aquae quantitas statim clarefiat; postea Aquam per decantationem separa, in umbrâ sicca et repone ad usum.

*Usus externus.*

## Cinnabaris nativae laevigatio.

(*Sulphuretum Mercurii Praeparatum.*)

℞. Cinnabaris Nativae pulveratae Q. V.

In porphyrite Aquae ope laeviga quousque dentibus non strideat; postea sicca in umbrâ et vase vitreo ad usum serva.

*Dosis ad drachmam.*

Sic laevigantur

*Antimonium Crudum*,

*Lapis Calaminaris*,

*Magneticus*,

*Haematites et similia.*

## Muriatis sodae exsiccatio.

(*Salis Communis Decrepitatio.*)

℞. Muriatis Sodae pulverati Q. V.

Immitte in patinam fictilem non vitreatam: supra ignem colloca et spathulâ ligneâ tamdiu agita, quousque humiditatem amittat.

### Nitratis potassae purificatio.

(*Nitrum Purificatum.*)

℞. Nitratis Potassae communis libras octo.

Solve in Aquae calidae libris viginti. Filtratum liquorem vapòra ad pelliculam et repone in loco frigido, ut concrescant crystalli. Liquorem decanta et evaporationes, crystallisationesque repete, quamdiù crystallos purissimas et prismaticas exhibeat.

### Sulphuris purificatio.

(*Flores Sulphuris.*)

℞. Sulphuris Q. V.

Tere, mitte in ollam fictilem colli longioris et capitello vitreo cum rostro instructam. Sublima, identidem capitellum renova et Flores collige, donec tota Sulphuris quantitas, relictis in fundo faecibus, florum formâ ascenderit, quos cum Aqua distillata lavatos ac siccos ad usum repone.

*Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.*

# CAPUT IV.

## *PULVERES.*

### Pulvis sanguinis draconis dentifricus.

(*Dentifricium siccum.*)

℞. Tartratis aciduli Potassae,
Sanguinis Draconis, } ana unciam semis,
Cornu Cervi usti. . . . . .
Radicis Iridis Florentinae drachmas duas,
Caryophyllorum Aromaticorum drachmam unam,
Coccinellae scrupulum semis.
Fiat pulvis subtilissimus S. A.

### Pulvis hypecacuanae opiatus.

(*Doveri.*)

℞. Sulphatis Potassae unciam unam,
Nitratis Potassae unciam unam et semis,
Radicis Hypecacuanae, } ana drachmas duas.
Opii purificati. . . . . .
Omnia seorsim pulverata in mortario lapideo exactè misce.
*In singulis scrupulis continet* Opii *grana duo.*
*Dosis ad scrupulum.*

### Pulvis jalappae compositus.

℞. Pulveris Radicis Jalappae, } ana partes aequales.
Tartratis aciduli Potassae,
Magnesiae purae. . . . . .

Tere simul diutissimè, ut optimè permisceantur.

*Dosis à drachma ad sesquidrachmam.*

### Pulvis cupressi restrictivus.

℞. Boli Armenicae drachmas duas,
Radicis Bistortae, . . . . . . } ana unciam unam.
Rosarum Rubrarum,
Fructuum Myrti,
Cupressi,
Sulphatis Zinci,
Thuris. . . . . . . . . . . . . . .

Fiat omnium pulvis subtilissimus.

*Usus externus.*

### Pulvis scammonii antimonialis.

(*Cornachinus.*)

℞. Scammonii electi, . . . . . . . . . } ana partes aequales.
Oxydi Antimonii Albi usualis,
Tartratis aciduli Potassae. . . .

Seorsim pulverata misce S. A.

*Dosis ad drachmam.*

### Pulvis scammonii catholicus.

℞. Scammonii electi semiunciam,
Radicis Mechoacannae, }
Jalappae. . . . . } ana drachmas sex,
Tartratis Potassae drachmas tres.

Seorsim pulverata misceantur omnia et serventur ad usum.

*Dosis ad scrupulos duos.*

### Pulvis paeoniae compositus.

(*De Gutteta.*)

℞. Radicis Paeoniae unciam unam et semis,
Contrayerbae, . . }
Ligni Visci Quercini. . . . } ana drachmas sex,
Rasurae Eboris, . . . . . . . . . }
Cornu Cervi,
Ungulae Alcis,
Cranii Humani,
Corallii Rubri laevigati,
Hyacinthorum laevigatorum,
Lapidis Bezoar Occidentalis } ana drachmam unam et semis.

Fiat omnium pulvis subtilissimus S. A.

*Dosis ad drachmam unam.*

N. B. Pro pulveribus Imperialibus, Epilepticis, Marchionis, Cachecticis, Lapidis Cordialis de Goa et è Kelis Cancrorum deservire possunt.

### Pulvis quinae antisepticus.

(*Bezoardicus Curvi.*)

℞. Radicis Contrayerbae, . . . .<br>
Carlinae,<br>
Tormentillae,<br>
Dictamni Albi,<br>
Florum Papaveris Rubri,<br>
Foliorum Scordii,<br>
Cardui Benedicti } ana drachmas duas,

Oxydi Antimonii Albi usualis,<br>
Margaritarum laevigatarum,<br>
Rasurae Cornu Cervi,<br>
Oculorum Cancrorum laevigatorum,<br>
Lapidis Cananor,<br>
Bezoar Occidentalis,<br>
Cordialis de Goa. . . . } ana drachm. unam,

Quinae optimae Peruanae uncias duas.

Fiat pulvis subtilissimus S. A.

*Dosis ad drachmam per horas reiteranda.*

# CAPUT V.

## *SUCCI.*

### Succus agrestae, seu omphacium.

℞. Uvas acerbas: pistillo contere in mortario porphyretico, vel potius inter assulas ligneas confrica, ut succus omnis stillet, quem per manicam colatum defaeca, et decantatum in vase vitreo, cerâ obturato, aut pauxillo Olei Olivarum superaffuso repone.

*Nota.* 1.° Omnes succos, qui admiscendi sint Unguentis, vel Emplastris, defaecatione non indigere. 2.° Plantas aridas decocto earumdem irrorandas. 3.° Omnes succos acidos vitium contrahere in vasis metallicis, seu fictilibus crustâ tantum semivitrificatâ obductis.

### Succus fructuum granatorum.

℞. Granata Acida: à corticibus exterioribus mundata et transversim secta spathulâ ligneâ concute, ut grana à pelliculis separata concidant: in mortario porphyretico contere, in linteum immitte, et succum expressum per subsidentiam purifica.

### Succus limonum.

℞. Limones: à corticibus carnosis separa, medullam succosam à seminibus repurgatam fortiter exprime, per linteum cola et succum per subsidentiam defaeca.

Eadem ratione exprimitur Succus
*Fructuum Aurantiorum*,
*Citreorum et similium.*

### Succus mororum.

℞. Fructus Mororum: succum extrahe, per setaceum cola et per subsidentiam purifica.

Eodem modo extrahitur Succus è fructibus
*Grossulariae*,
*Rubi Idaei et similium.*

### Succus ex caulibus et foliis.

℞. Caules et Folia recentia probè mundata: in mortario lapideo pinsito in massam, quam in vase terreo vitreato per aliquot horas, si opus fuerit, relinque, ut succus coadunetur; et antequam fermentescat, torculari exprime.

Succum expressum levi ebullitione clarifica, ut faecula secedat et cola.

Sic extrahuntur Succi

*Fumariae*,

*Cichorii et similium*.

## Succus ex floribus.

℞. Flores à calycibus mundatos: in mortario marmoreo pinsito et prelo exprime: succum in vase idoneo loco frigido, ne fermentescat, repone, ut per subsidentiam clarefiat et per decantationem separa.

Hoc modo extrahitur Succus

*Violarum*,

*Rosarum et similium*.

## Succus ex fructibus et radicibus carnosis.

℞. Fructus, seu Radices: radulâ detere, per expressionem succum elice, per subsidentiam clarifica et per inclinationem separa.

Hoc modo extrahitur Succus

*Pomorum*,

*Cydoniorum immaturorum*,

*Radicis Bryoniae*,

*Cucumeris Agrestis et similium.*

# CAPUT VI.

## *INSPISSAMENTA.*

### Inspissamentum cucumeris agrestis.

(*Elaterium.*)

℞. Fructûs Cucumeris Agrestis recentis Q. V.

In mortario marmoreo conquassa, succum prelo exprime et per subsidentiam defaeca; postea lento igne balneo aquoso vapora ad mellis spissioris consistentiam et ad usum serva.

*Dosis ad drachmam.*

Simili modo parantur Inspissamenta

*Urticarum*, . .
*Taraxaci*,
*Chelidonii*,
*Cichorii*,
*Pulsatillae*,
*Cicutae*,
*Aconiti*. . . . } ex Foliis et Caulibus,

*Glycyrrhizae ex Radicibus*,

addendo, si opus fuerit, Aquae pauxillum.

N. B. Huc subjiciuntur Inspissamenta sequentia:

*Terra Japonica,*
*Acacia Ægyptiaca,*
*Opium,*
*Aloe Succotrina,*
*Scammonium,*
*Hypocistis, &c.*
de quibus non agimus, quia exotici sunt.

Vide *MATER. MEDIC. SYLLOGE, SECT. II.*

# CAPUT VII.

## *EMULSIONES.*

### Emulsio communis.

℞. Seminum Melonis, aut Anguriae, aut Cucurbitae mundatorum unciam semis,
Amygdalas Dulces excorticatas quatuor.

Contunde in mortario marmoreo pistillo ligneo, instillando Aquae pauxillum; tunc exquisitè subige et sensim affunde
Aquae libram unam,
Syrupi Simplicis unciam. Cola.

### Emulsio cum gummi arabico.

℞. Gummi Arabici unciam unam.
Solve in
Decocti Hordei libris duabus,
Et cum
Seminum Malvae, . . . . . . } ana uncia semis
Amygdalarum Dulcium excorticatarum }
Fiat Emulsio S. A.
*Dosis ad uncias sex, saepius iteranda.*

### Emulsio purgans, seu emulsio cum manna.

℞. Emulsionis Communis non edulcoratae uncias sex,
Mannae uncias tres.
Igne lento dissolve et cola; tunc adde
Aquae Cinnamomi Lacticinosae drachmam unam.
*Pro dosi unica.*

### Emulsio gummi ammoniaci.

(*Brunneri.*)

Vide *MIXTURAE.*

# CAPUT VIII.

## *INFUSIONES.*

### Infusum rosarum pallidarum.

℞. Petalorum Rosarum Pallidarum recentium libras sex.
Aquae bullientis libras duodecim.

Infunde per horas octo in vase fictili vitreato. Liquorem colatum, expressum et defaecatum, superaffuso Olei Olivarum pauxillo, in lagenis vitreis angustioris colli serva pro Syrupo Rosarum Pallidarum, si fortè illum extemporè conficere tenearis.

Simili modo parantur Infusa
*Petalorum Mali Persici,*
*Rosarum Rubrarum,*
*Paeoniae et similium.*

### Infusum rosarum rubrarum.

(*Tinctura Aquosa Rosarum Rubrarum.*)

℞. Petalorum Rosarum Rubrarum exungulatarum et siccarum unciam semis,
Aquae ferventis libras tres.

Infunde in vase fictili crustâ vitri lactei

coloris obducto per horae quadrantem addendo

Acidi Sulphurici Aquosi scrupulum unum.

Cola.

N. B. Hic subjiciuntur Infusa Alkoholica, Vinosa et Acetosa, de quibus sub nomine generico TINCTURAE ALKOHOLICAE, VINA ET ACETA singulatim agemus.

# CAPUT IX.

## *J U S C U L A.*

### JUSCULUM PULLI GALLINACEI LIENTERICUM.

(*Valentinum.*)

℞. Pullum Gallinaceum deplumem et exenteratum, capite ac cruribus rejectis. Farciatur usque ad mediatatem Rosis Rubris siccis; adde

Trochiscorum Ramich pulveratorum drachmas tres,

Cariei Ligni Siliquae drachmam unam.

Repleatur eisdem Rosis siccis reliquum cavitatis et consuatur. Coque in olla fictili vitreata cum duodecim libris Aquae ad libras octo: tunc Pullum extrahe; et Jusculum

adhuc calens exhibe, quod in domo Aegroti igni admoveatur, ne calorem inter utendum amittat.

*Dosis ab unciis quatuor ad sex, saepius iteranda.*

### Jusculum viperae.

℞. Viperam recens praeparatam: seca in partes et adde
Scobis Santali Rubri drachmam semis,
Aquae uncias sex.

Coque balneo arenae in matracio vitreo per quadrihorium. Cola.

# CAPUT X.

## *DECOCTIONES.*

### Decoctum cornu cervi gummosum.

(*Album.*)

℞. Cornu Cervi usti et laevigati drachmas duas,
Gummi Arabici, seu Communis pulverati, Sacchari albi. . . . . } singulorum unciam semis,
Aquae libram unam et semis.

Coque, assiduè agitando, ad libram unam. Trajice per setaceum.

*Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor, aut plures, saepius iteranda.*

## Decoctum cornu cervi gummosum tenuius.

(*Album Tenuius.*)

℞. Cornu Cervi usti et laevigati unciam semis,
Gummi Arabici, seu Communis unciam unam,
Sacchari uncias duas,
Aquae libras quatuor.

Coque leviter et cola.

## Decoctum cornu cervi cum mica panis.

(*Album Sydenhami.*)

℞. Cornu Cervi usti et laevigati semunciam,
Micae Panis albissimi uncias duas,
Aquae libras sex.

Coque leviter, cola et dulcora cum Syrupi Simplicis unciis quatuor; postea adde, si libuerit,

Aquae Naphae, vel Cinnamomi Lacticinosae drachmas duas.

*Dosis ad uncias quatuor.*

## Decoctum chamaedryos amarum.

℞. Summitatum Chamaedryos unciam semis,
Absinthii, . . . . . } ana drachmas
Centaurii minoris } duas,
Aquae libras quatuor.

Coque ad dimidias, addendo sub finem coctionis
Florum Chamomillae drachmas duas,
Sennae Hispanicae unciam unam et semis.

Cola ad usum.

*Nonnumquam sine purgante praescribitur.*

*Dosis ab unciis quatuor ad sex.*

## Decoctum verbasci anodynum.

(*Fotus Anodynus.*)

℞. Foliorum Verbasci, } ana unciam unam et sem.
Malvae... }
Seminum Lini uncias duas,
Fructuum Papaveris Albi drachmam unam,
Aquae libras quatuor,

Coque per quadrantem horae et sine colatura ad usum porrige.

## Decoctum quinae antisepticum.

℞. Radicis Viperinae in taleolas sectae unciam unam,
Seminum Citrei contusorum drachmas duas.

Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor. Decocto colato et calenti infunde in vase clauso per quadrihorium

Corticis Peruviani crassiusculè pulverati uncias duas,
Radicis Contrayerbae tritae unciam unam.

Iterum cola et adde

Mellis Sambuci uncias tres.

*Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor.*

## Decoctum quinae antisepticum purgans.

℞. Decocti praedicti et calentis absque Melle Sambuci libras quatuor,
Foliorum Sennae Hispanicae unciam unam.

Infunde per quadrihorium in vase clauso, cola et adde

Mellis Sambuci,.......... }
Syrupi Rosarum Pallidarum. } ana uncias duas.

*Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor.*

## Decoctum scorzonerae bezoardicum.

(*Bezoardicum Curvi incompletum.*)

℞. Radicis Viperinae in taleolas sectae unciam unam,
Seminis Citrei, aut Limonum contusi drachmas duas,
Aquae libras sex.

Coque S. A. ad remanentiam librarum quatuor; postea cola et adde
Pulveris Quinae Bezoardici unciam semis,
Mellis Sambuci uncias tres.

*Dosis ad uncias quatuor.*

## Decoctum scorzonerae bezoardicum solutivum.

(*Bezoardicum Curvi completum, seu purgans.*)

℞. Decocti praedicti libras quatuor,
Foliorum Sennae mundatae unciam semis.

Levi ebullitione coque, cola et adde
Syrupi Rosarum Pallidarum uncias sex,
Pulveris Quinae Bezoardici unciam semis.

*Dosis ad uncias quatuor.*

## Decoctum graminis compositum.

(*Aperiens.*)

℞. Radicis Graminis, . . . . . }
Rubiae. . . . . . . } ana unciam semis.

Contusas coque in Aquae libris tribus ad libras duas, sub finem addendo

Glycyrrhizae rasae et contusae drachmam unam.

In colatura dissolve

Nitratis Potassae purificati drachmam unam.

## Decoctum hordei compositum.

(*Pectorale.*)

℞. Seminum Hordei mundatorum unciam semis,
Aquae libras tres.

Coque ad libras duas. Sub finem coctionis adde

Hederae terrestris exsiccatae drachmas duas,
Glycyrrhizae rasae et contusae, . . . . . . . . . . . . }
Florum Papaveris Rubri. . } ana drachmam unam et semis.

Cola ad usum.

*Dosis ab unciis tribus ad uncias sex.*

## Decoctum jujubarum pectorale.

℞. Seminis Hordei mundati unciam unam,
Jujubarum num. duodecim,
Caricarum Pinguium num. sex,
Passularum mundatarum, . . } ana semiunciam,
Glycyrrhizae rasae et contusae }
Capilli Veneris unciam semis,
Aquae libras tres.

Coque S. A. ad libras duas et cola.

*Dosis ad uncias sex.*

## Decoctum ligni campechiani.

℞. Scobis Ligni Campechiani unciam unam.

Praemissa digestione S. A. coque in Aquae libris quatuor ad libras duas. Cola.

*Dosis ab unciis quatuor ad octo.*

## Decoctum polygalae.

℞. Herbae Polygalae unciam unam.

Coque in S. Q. Aquae ad libras duas et cola.

*Dosis ab unciis quatuor ad sex, saepius iteranda.*

### Decoctum carbonatis potassae absinthii.

(*Febrifugum Salsum.*)

℞. Carbonatis Potassae Absinthii drachmam unam,
Mellis optimi uncias quatuor,
Aquae libras duas.

Coque ad despumationem in vase fictili vitreato. Cola.

*Dosis ab unciis tribus ad sex, saepius iteranda.*

### Decoctum ligni guajaci compositum.

(*Lignorum.*)

℞. Scobis Ligni Guajaci, . . . . } ana uncias duas,
Radicis Sarsaeparrillae minutim sectae. . . . . . . . . }
Aquae libras octo.

Digere per duodecim horas vase clauso et coque leni igne ad libras quatuor, addendo sub finem
Scobis Ligni Sassafras unciam unam,
Glycyrrhizae rasae et contusae drachmam unam.

Cola et per subsidentiam defaeca.

*Dosis ab unciis quatuor ad uncias sex.*

## Decoctum sarsaeparrillae ex Callac.

(*Ptisana ex Callac.*)

℞. Radicis Sarsaeparrillae incisae uncias duas,
Muriatis Hydrargyri sublimati (*dulcis*) laevigati et in petia ligati drachmas duas,
Aquae libras quindecim.

Coque in vase terreo vitreato ad remanentiam tertiae partis; postea adde
Foliorum Sennae mundatae unciam unam,
Seminis Coriandri contusi drachmas sex,
Sulphatis Aluminae drachmam semis.

Iterum coque per horae quadrantem, ab igne separa et post semirefrigerationem cola ad usum.

*Dosis ad uncias sex.*

## Decoctum sarsaeparrillae edulcorans.

℞. Radicis Sarsaeparril. incisae, } ana uncias duas,
Chinae contusae . . }
Scobis Santali Rubri drachmas sex,
Cornu Cervi sesquiunciam,

Digere per viginti quatuor horas et coque in Aquae libris duodecim ad libras sex,

sub finem addendo
Scobis Santali Citrini dracmas sex,
Sacchari uncias sex.
Cola ad usum.
*Dosis ab unciis quatuor ad uncias sex.*

### Decoctum fructuum Juniperi carminativum.

(*Fotus Carminativus.*)

℞. Fructuum Juniperi, . . . . }
Seminum Anisi, } ana unciam unam,
Muriatis Ammoniaci. . . . }
Florum Chamomillae uncias duas.
Contusa bulliant leviter in Aquae libris quatuor. Colaturae adde
Alkoholis Vini libram unam.

### Decoctum radicis Althaeae emolliens.

℞. Radicis Althaeae sectae, }
Foliorum recentium Malvae. . . . . . . . . . . . . . } ana unciam unam.
Coque in Aquae libris duabus ad libram unam. Cola calidè.

### Decoctum malvarum carminativum.

(*Carminativo-emolliens.*)

℞. Decocti praedicti libram unam,
Seminum Anisi contusorum drachmam unam,
Florum Chamomillae drachmas duas,
Bulliant leviter et cola tepidè.

### Decoctum mannae laxativum.

(*Potio Laxátiva.*)

℞. Mannae uncias duas,
Foliorum Sennae Hispanicae drachmas sex,
Sulphatis Magnesiae drachmas duas,
Aquae uncias quatuordecim.

Coque leviter ad libram unam, clarifica, si praescriptum fuerit, et cola.

*Dosis ab unciis sex ad octo.*

### Decoctum mannae purgans.

(*Potio Angelica.*)

℞. Aquae uncias octo.

Cum albumine ovi agita. Adde
Foliorum Sennae Hispanicae drachmas tres,

Mannae uncias tres,
Tartratis Potassae aciduli drachmam unam.

In vase idoneo dissolve et levi ebullitione clarifica. Dein pluries cola per manicam, donec liquor diaphanus transmittatur. Adde Aquae Cinnamomi scrupulum unum.

*Pro unica dosi.*

## Decoctum mannae carminativum.

(*Ptisana Anticolica.*)

℞. Mannae uncias quatuor,
Foliorum Sennae mundatae unciam unam,
Tartratis Potassae, .....} ana unciam semis,
Seminis Anisi contusi. ..}
Aquae libras quatuor.

In vase terreo vitreato digerantur per semihoram, postea coque paulisper et cola

*Dosis ad uncias sex.*

## Decoctum rhabarbari.

(*Anima Rhabarbari.*)

℞. Radicis Rhabarbari contusae drachmas duas,
Aquae uncias octo.

Post levem ebullitionem cola.

*Pro unica dosi.*

# CAPUT XI.

## EXTRACTA.

### Extractum cichorii.

℞. Foliorum Cichorii. Q. V.

Coque in Q. S. Aquae. Cola, leni igne vapora et sub finem balneo aquoso, spathulâ continenter agitando, vaporare perge ad soliditatem et S. A. repone.

Hoc modo fit Extractum

*Taraxaci*,
*Absynthii*,
*Boraginis*,
*Cardui Benedicti*,
*Centaurii Minoris et similium.*

### Extractum fructuum juniperi.

℞. Fructuum Juniperi libras quatuor.

Contusos infunde per biduum, vel triduum in Aquae ferventis libris duodecim. Coque ad mollitiem. Liquorem expressum, et per subsidentiam defaecatum, cola et vapora in balneo aquoso ad Extracti consistentiam.

*Dosis à drachma ad drachmas tres.*

Eodem modo fit Extractum

*Siliquarum et similium.*

### Extractum corticis peruviani.

℞. Quinae Peruanae pulveratae libram unam.

Infunde per biduum in Aquae libris duodecim, balneo aquoso, vel leni calore, saepius agitando. Infusiones cum novis Aquae quantitatibus repete, donec liquores insipidi percipiantur: quos omnes filtratos vapora in vase aeneo, stanno obducto et sub finem in balneo aquoso ad Extracti solidi consistentiam.

*Dosis à scrupulo ad drachmas duas.*

Similo modo fit Extractum

*Ratanhiae et similium.*

### Extractum glycyrrhizae.

℞. Radicum Glycyrrhizae siccarum, ab epidermide mundatarum et minutim incisarum libras quatuor,

Aquae ferventis libras sexdecim.

Infunde per horas duodecim. Liquorem colatum et decantatum vapora, sub finem

in balneo aquoſo, ad Extracti ſolidi conſiſtentiam.

*Doſis à ſemidrachma ad drachmam.*

## Extractum rhabarbari.

℞. Radicis Rhabarbari electi, minutim ſecti libram unam.

In olla fictili vitreata maceretur per dies tres in Aquae libris ſexdecim; poſtea levi ebullitione coque et cola ſine expreſſione; dein igne lento decoctum per ſubſidentiam depuratum vapora ad Syrupi conſiſtentiam, ſpathulâ ligneâ continuè agitando; poſtea balneo aquoſo inſpiſſa, donec manibus malaxari poſſit Emplaſtri inſtar et in rotulas ad uſum ſerva.

*Doſis ad ſcrupulos duos.*

Sic parantur Extracta ſequentia

*Croci,*

*Sennae et ſimilium.*

## Extractum opii aquoſum.

(*Laudanum Simplex.*)

℞. Opii minutim ſecti unçias quatuor.

Tere in mortario marmoreo, per vices addendo Aquae frigidae sufficientem quantitatem et digere loco calido ad perfectam partis extractivae dissolutionem. Liquorem colatum vapora in balneo aquoso ad siccitatem.

*Dosis ad grana duo.*

## Extractum opii glycyrrhizatum.

(*Laudanum Urinarium.*)

℞. Extracti Glycyrrhizae uncias tres,
Camphorae drachmas duas,
Croci scrupulos octo,
Alkekengi, . . . . . . . . } ana unciam unam,
Terebinthinae Abietis }
Gummi Tragacanthi, } ana drachmam unam,
Resinae Mastiches. . }
Extracti aquosi Opii unciam semis.

Extracta in mortario cum pauxillo Aquae diluantur, ut fiat liquamentum mellis instar; dein adde Terebinthinam et pistetur ad perfectam mixtionem; postea caetera pulverata misceantur ut fiat massa, è qua formentur Trochisci, qui siccentur et ad usum serventur.

*Dosis ad scrupulum.*

## Extractum opii crocatum.

(*Laudanum Opiatum.*)

℞. Extracti Opii aquosi uncias duas,
Croci unciam unam,
Testarum Margaritarum, . . ⎫ ana drachmam
Lapidum Hyacinthorum, ⎬ unam et semis,
Coralliorum. . . . . . . . . . . ⎭
Terrae Sigillatae drachmam unam,
Lapidis Bezoar scrupulos quatuor,
Scobis Cornu Cervi scrupulos duos.

Omnia subtiliter pulverentur et cum Aquae pauxillo fiant Trochisci, qui siccentur ad usum.

*Dosis ad grana quatuor.*

## Extractum opii cinnabarinum.

(*Laudanum Cinnabarinum.*)

℞. Extracti Opii aquosi drachmas sex,
Croci pulverati, . . . . . . . . ⎫ ana drachmas
Cinnabaris Nativae laevigatae ⎭ tres.

Fiat massa cum Aquae pauxillo, in rotulas sicca et ad usum serva.

## Extractum sarsaeparrillae.

℞. Radicis Sarsaeparrillae fissae et minutim sectae libras duas,
Aquae libras viginti.

Infunde in olla fictili vitreata per vigintiquatuor horas loco calido; postea coque per horas duas et cola; residuo adde novam Aquae quantitatem, coque ut antea ad libras octo et cola; colaturas per subsidentiam depura et decanta; postea vapora ut in Extracto Radicis Rhabarbari dictum est.

*Dosis ad drachmas duas.*

Sic parantur sequentia Extracta
*Ligni Guajaci,*
*Radicis Tormentillae,*
*Bistortae,*
*Valerianae,*
*Helenii,*
*Gentianae et similium.*

## Extractum hellebori nigri.

℞. Radicis Hellebori Nigri contusae libram unam,

Aquae ferventis libras octo,
Alkoholis Vini uncias quatuor.

Digere per horas duodecim, postea coque per horas duas leni igne in vase optimè clauso; semirefrigeratum decoctum cola dein cum expressione, depuratumque per subsidentiam vapora et procede ut supra.

Sic parantur sequentia Extracta
*Agarici*,
*Colocynthidis et similia.*

## Extractum agarici aloeticum.

(*Extractum Catholicum.*)

℞. Extracti Hellebori Nigri, } ana unciam unam,
Agarici. . . . . }
Colocynthidis drachmas sex,
Scamonii pulverati unciam unam,
Aloes Succotrinae pulveratae uncias duas,
Sulphatis Magnesiae unciam semis,
Aquae Q. S.

Pistentur Extracta in mortario, ut fiat massa mollis; tunc adde Pulveres et ex omnibus perfectè mixtis formentur Trochisci, qui siccentur ad usum.

*Dosis ad semidrachmam.*

# CAPUT XII.

## *GELATINAE.*

### Gelatina cornu cervi.

℞. Scobis Cornu Cervi albissimae et lotae libram semis,
Aquae libras quatuor.

Coque in vase fictili vitreato, donec tractatus liquor digitis adhaereat. Unicuique librae liquoris colati cum expressione adde
Sacchari albi unciam unam et semis,
Tartratis aciduli Potassae scrupulum unum.

Clarifica cum albumine Ovi.

### Gelatina fructuum grossulariae.

℞. Sacchari clarificati et ad soliditatem cocti libras duas,
Succi Fructuum Grossulariae recenter expressi, } ana libram unam.
Aquae. . . . . . . . . . . . . . }

Coque ad Gelatinae spissitudinem et cola.

Eodem modo fit Gelatina
*Fructuum Rubi Idaei,*
*Cydoniorum,*
*Fragariae et similium.*

# CAPUT XIII.

## *MELLA.*

### Mel fructuum mororum.

℞. Succi Mororum nigrorum libram unam,
Mellis libras duas,
Aquae Q. S.

Coque in vase figulino crustâ vitri lactei coloris obducto ad Syrupi spissioris densitatem et cola.

*Dosis ab uncia ad uncias duas.*

### Mel rosarum rubrarum.

(*Rhodomel.*)

℞. Succi Rosarum Rubrarum, . } ana libras duas.
Mellis optimi. . . . . . . . . . }
Aquae Q. S.

Coque ad Syrupi spissitudinem. Cola.

## Mel fructuum sambuci.

℞. Succi Fructuum maturorum Sambuci libram unam,
Mellis libras duas,
Aquae Q. V.
Coque ad Syrupi spissioris densitatem et cola ad usum.

*Dosis à semuncia ad unciam.*

## Mel aceti.

(*Oxymel Simplex.*)

℞. Mellis optimi libras quatuor,
Aceti Albi optimi filtrati libras duas.
Dissolve in vase figulino crustâ vitri lactei coloris obducto, igne lento vapora ad despumationem debitamque consistentiam et cola.

*Dosis ab uncia ad uncias tres.*

## Mel aceti scyllae.

(*Oxymel Scylliticum.*)

℞. Aceti Scyllae recentis libras duas,
Mellis optimi libras quatuor.

In vase figulino vitri lactei coloris crustâ obducto, balneo aquoso, dissolve et cola.

*Dosis à semuncia ad unciam.*

Simili modo fit Mel

*Aceti Colchici.*

### Mel depuratum.

℞. Mellis optimi Q. V.

Coque in Aquae Q. S. ad despumationem et Syrupi consistentiam; postea cola et ad usum serva.

# CAPUT XIV.

## *SYRUPI.*

### Syrupus simplex, seu Saccharum clarificatum.

℞. Sacchari albi libras duas,
Aquae libras quatuor.

Cum Albumine Ovi in Aqua agitato clarifica, vapora ad debitam spissitatem et cola.

## Syrupus aceti.

℞. Aceti Albi optimi libram unam,
Sacchari albissimi pulverati libras duas.

Misce in vase fictili crustâ vitri lactei coloris obducto, et igne lento, vel balneo aquoso Saccharum dissolve.

Eodem modo fit Syrupus
*Succi Agrestae*,
*Cydoniorum*,
*Pomorum Redolentium et similium.*

## Syrupus granatorum.

℞. Succi Granatorum depurati libras duas et uncias duas,
Sacchari albissimi pulverati libras quatuor.

Fiat Syrupus ut supra.

Sic parantur Syrupi Fructuum
*Grossulariae*,
*Myrtilli*,
*Limonum et similium.*

### Syrupus corticum citrei.

℞. Aquae Corticum Citrei Lacticinosae libram unam,
Sacchari clarificati ad soliditatem cocti libras duas.
Misce leni calore et cola.

### Syrupus corticum citrei amarus.

℞. Aquae Corticum Citrei libram unam,
Flavedinis Corticum Citrei recentium uncias quatuor.
Digere per horas duas in matracio obturato et cola, tunc sume
Sacchari clarificati ad soliditatem cocti libras duas.
Misce leni calore et cola.
Sic paratur Syrupus Amarus *Corticum Aurantiorum.*

### Syrupus cochleariae.

℞. Succi defaecati Cochleariae, aut Lepidii libram semis.

Misce cum Sacchari clarificati et ad debitam spissitudinem cocti libra una. Cola.

*Dosis ab uncia ad unciam et semis.*

## Syrupus petalorum violarum.

(*Caeruleus.*)

℞. Petalor. Flor. Violarum recentium libr. unam.
Affunde in vase stanni
Aquae ferventis libras duas.

Post horas octo cola et exprime. In colatura dissolve igne lento, aut balneo aquoso Sacchari albissimi pulverati libras quatuor.

Eodem modo fit Syrupus
*Florum Papaveris Rhoeados,*
*Caryophylli Hortensis et similium.*

## Syrupus violarum communis.

℞. Florum Violarum recentium libram unam,
Aquae ferventis libras quatuor.

Infunde per quadrihorium, et statim cum expressione cola: in colatura dissolve Sacchari albi libras sex. Fiat Syrupus S. A.

Simili modo paratur Syrupus
*Florum Nymphaeae.*

## Syrupus erysimi compositus.

℞. Erysimi floridi uncias tres,
Folior. recentium Boraginis, } ana unc. duas,
Capilli Veneris. . . . . . . . . . }
Summitatum Rorismarini unciam unam.

Coque in Aqua ad libras sex, cola et dissolve
Sacchari libras tres,
Mellis libram unam.

Clarifica, coque in Syrupum crassiorem et adde
Succi Erysimi uncias sex. Cola.
*Dosis à semuncia ad unc. duas, saepius iteranda.*

## Syrupus hederae terrestris.

℞. Folior. Hederae terrestris siccor. uncias duas.

Infunde in Aquae libris duabus. Colaturae adde
Sacchari clarificati et ad soliditatem cocti libras quatuor. Fiat Syrupus et cola.

Simili modo fiunt Syrupi
*Scordii*,
*Capilli Veneris*,
*Prasii Albi*, seu *Marrubii*.

*Artemisiae*,
*Hyssopi*,
*Menthae et similium.*

### Syrupus rosarum rubrarum.

(*Rhodosaccharum.*)

℞. Succi defaecati Rosarum Rubrarum libras duas,
Sacchari albi libras quatuor,
Aquae Q. S.
Coque in Syrupum S. A.
*Dosis ad uncias duas.*

### Syrupus rosarum pallidarum.

℞. Petalorum Rosarum Pallidarum recentium libras tres,
Aquae ferventis libras sex.

Infunde per horas duodecim. Cola et exprime. In colatura dissolve
Sacchari albi libras duas.

Clarifica et coque in Syrupum.

*Dosis ab uncia ad uncias duas.*

### Syrupus cichorii simplex.

℞. Succi recentis Cichorii, } ana libras quatuor,
Sacchari albi. . . . . . . . }
Aquae Q. S.
Clarifica et coque in Syrupum.
*Dosis ad uncias duas.*
Simili modo parantur Syrupi
*Fumariae,*
*Urticarum,*
*Plantaginis,*
*Boraginis et similium.*

### Syrupus cichorii cum rhabarbaro.

℞. Herbae Cichorii recentis uncias quatuor,
Aquae libras quatuor.
Coque ad tertiae partis consumptionem, sub finem addendo
Rhabarbari electi, minutim incisi, uncias quatuor.
Colaturae cum expressione adde
Sacchari libras quatuor.
Clarifica et coque in Syrupum.
*Dosis à semuncia ad uncias duas.*

### Syrupus carthami solutivus.

(*Comitis.*)

℞. Seminum Carthami contusorum uncias quatuor.

Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor, sub finem addendo
Foliorum Sennae Hispanicae uncias quatuor,
Seminis Anisi semunciam.

Colaturae adde
Sacchari albi libras duas.

Clarifica et coque in Syrupum.

*Dosis ab uncia ad unciam et semis.*

### Syrupus extracti opii.

(*Meconii.*)

℞. Syrupi Simplicis libram unam,
Extracti Opii aquosi scrupulum unum.

Dissolve Extractum in Aquae unciis tribus, Syrupo permisce et leni igne ad debitam spissitudinem paululum coque.

*Dosis ad unciam.*

*In singulis unciis continet* Extracti Opii *grana duo.*

## Syrupus papaveris albi.

(*Diacodionis.*)

℞. Fructuum Papaveris Albi, absque seminibus, exsiccatorum et contusorum uncias sexdecim,
Aquae tepidae libras viginti.

Injiciantur in vase terreo vitreato et post horas duodecim coque ad tertiae partis remanentiam; cola cum forti expressione et adde
Sacchari albi libras quatuor,
Aquae Q. S.

Cum albuminibus Ovorum in Aqua agitatis fiat Syrupus S. A.

## Syrupus corallii rubri.

℞. Corallii Rubri laevigati uncias quatuor,
Succi Granatorum Acidorum recenter expressi libras duas.

Digere in matracio vitreo per dies quatuor identidem agitando et decanta tincturam.

Tunc sume
Fructuum Papaveris Albi, absque seminibus,

siccatorum uncias duas,
Granorum Kermes drachmas sex,
Aquae libras tres.

Coque ad dimidias et cola cum forti expressione, tunc sume
Sacchari albi libras sex,
Aquae Q. S.

Coque iterum ad Syrupi crassioris consistentiam, addendo in fine coctionis tincturam Corallii praedictam priùs per manicam trajectam, aut filtratam.

*Dosis ad unciam unam.*

## Syrupus althaeae.

℞. Radicum Althaeae recentium, lotarum et in taleolas sectarum uncias duas,

Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor, addendo sub finem
Radicis Glycyrrhizae radulâ mundatae et contusae unciam semis.

Colaturae adde
Sacchari albi libras duas.

Clarifica et coque in Syrupum.

Simili modo paratur Syrupus *Symphyti et similium.*

### SYRUPUS PAEONIAE.

℞. Radicis Paeoniae contusae uncias duas.
Coque in Aquae libris sex ad libras quatuor.
Colaturae adde
Sacchari albi libras duas.
Clarifica et coque in Syrupum.

### SYRUPUS CHINAE COMPOSITUS.

(*Antirheumaticus.*)

℞. Radicis Chinae contusae, . . . . . } ana uncias
Sarsaeparrillae incisae. . } tres,
Scobis Ligni Guajaci, . . . . . . } ana unciam
Santali Rubri. . . . } unam.

Digere in vase terreo vitreato in Aquae libris duodecim per diem. Coque ad dimidias. In colatura dissolve
Sacchari albi libras quatuor.
Clarifica et coque in Syrupum.
*Dosis ab uncia una ad tres.*

### SYRUPUS QUINAE.

(*Corticis Peruviani.*)

℞. Quinae ex Loxa pulveratae uncias quatuor,

Vini Albi libras tres,
Alkoholis Vini uncias tres.

Digere in matracio per viginti quatuor horas, et post refrigerationem cola et filtra, aut per manicam trajice et unicuique infusionis librae admisce leni igne

Sacchari albissimi pulverati, aut clarificati et ad soliditatem cocti libras duas.

*Dosis à semuncia ad uncias duas.*

### Syrupus apii compositus.

(*De quinque Radicibus.*)

℞. Radicum incisarum Apii, . . . . .
Foeniculi,
Petroselini,
Rusci,
Asparagi. . . . } singulorum uncias quatuor,

Aquae libras quatuordecim.

Coquantur in vase terreo vitreato ad remanentiam librarum octo; postea cola cum expressione et adde

Sacchari albi libras sex.

Clarifica et coque in Syrupum S. A. addendo Aquae Q. S.

*Dosis ad uncias duas.*

# CAPUT XV.

## *CONSERVAE.*

### Conserva prunorum.

℞. Prunorum Damascenorum Q. V.

Coque in Aqua ad mollitiem. Pulpam per setaceum equinum trajice et ad mellis consistentiam in balneo aquoso vapora. Hujus Pulpae libris singulis admisce
Sacchari albi pulverati libras duas.

### Conserva rosarum rubrarum.

℞. Petalorum Rosarum Rubrarum recentium, nondum penitus explicatorum et ab ungulis mundatorum libram unam,
Sacchari clarificati et ad Syrupi crassioris spissitatem cocti libras duas.

Contunde petala diligentissimè in mortario lapideo, Syrupo admisce et igne leni humiditatem ad debitam consistentiam vapora.

*Dosis à semuncia ad unciam et semis.*

Sic fit Conserva
*Violarum et similium.*

## Conserva hederae terrestris.

℞. Foliorum Hederae Terrestris recentium libram unam,
Sacchari albissimi pulverati libras duas.

Hederam in mortario marmoreo pinsito, addendo, si opus fuerit, Aquae pauxillum ut fiat massa mollis et tenuissima: postea adde Saccharum fortiter contundendo et, exactè mixtis, serva ad usum.

*Dosis ad uncias duas.*

Simili modo fit Conserva
*Capilli Veneris et similium.*

## Conserva cochleariae.

℞. Foliorum Cochleariae recentium libras duas.

In mortario marmoreo pistillo ligneo contundantur diligentissimè, ut fiat pasta mollis; postea adde
Sacchari albissimi pulverati libras quatuor.

Fiat omnium massa tenuissima, quae ad usum vase vitreo servetur et pauxillo Sacchari albissimi pulverati conspergatur ne mucescat.

Simili modo parantur Conservae
*Lepidii*,
*Scordii et similium.*

N. B. Conservam Cochleariae, aut Lepidii pro Syrupo Scelotyrbico serva, si fortè illum ex tempore conficere tenearis.

# CAPUT XVI.

## *ELECTUARIA ET CONFECTIONES.*

### Electuarium sennae compositum.

(*Catholicum commune.*)

℞. Radicis Polipodii mundatae et contusae uncias sex.

Coque in Aquae libris decem ad mollitiem, addendo paulò ante finem
Foliorum Malvarum unciam unam.

In colatura dissolve
Mellis libras novem.

Fiat Syrupus crassior, cui admisce
Pulpae Prunorum libram unam et semis,
Pulveris Sennae Hispanicae libram unam,
Seminis Anisi uncias duas.

*Dosis à semuncia ad unciam.*

## Electuarium cassiae tamarindatum.

(*Lenitivum.*)

℞. Pulpae Cassiae Fistulae recens extractae uncias octo,
Mannae uncias duas,
Pulpae Tamarindorum unciam unam,
Syrupi Rosarum Pallidarum uncias octo.

Mannam leni igne dissolve in Syrupo Rosarum, Pulpas admisce et vapora continenter spathulâ ligneâ agitando ad debitam spissitudinem.

*Dosis ab unciis duabus ad uncias quatuor.*

## Electuarium scordii opiatum.

(*Diascordium.*)

℞. Foliorum Scordii, . . . . .
Petalorum Rosarum Rubrarum exungulatorum } ana drachmas sex,
Cinnamomi drachmas tres,
Boli Armenicae, . . . .
Mastiches,
Dictamni Cretici. . . } ana drachmam unam,

Radicis Tormentillae,
Gentianae,
Zingiberis,
Piperis Tabasci. . . . . ana drachmam unam,
Opii drachmas duas.

Pulvera subtilissimè et misce cum Mellis Rosarum unciis viginti quatuor.

*In singulis drachmis continet* Opii *duas tertias grani partes.*

*Dosis ad drachmas duas.*

## Electuarium theriacale.

℞. Radicis Valerianae silvestris,
Contrayerbae,
Gentianae,
Foliorum Scordii,
Florum Chamomillae,
Cinnamomi electi,
Piperis Tabasci,
Fructuum Juniperi,
Flavedinis Aurantiorum,
Seminum Anisi,
Myrrhae. . . . . . . . . . . . . . . . . ana libram unam,
Quinae Loxae libras quatuor,

Croci, ..............
Sulphatis Ferri ad albedinem exsiccati. ..... } ana libram unam,
Opii purissimi libras duas,
Mellis Fructuum Sambuci libras sex,
Mellis optimi libras quadraginta octo.

Melli cum sufficienti Vini generosi quantitate despumato, et Melli Fructuum Sambuci mixtis, et paulum calefactis diligenter immisce Crocum et Sulphatem Ferri pulverata, deinde Opium in Vino solutum; postremò sub continuâ agitatione sensim adde caetera, priùs commixta et in pulverem tenuem redacta.

*Dosis ad drachmam.*

*In singulis drachmis continet* Opii *grana duo.*

### Electuarium theriacale magnum.

℞. Trochisc. Scylliticor. libras quadraginta octo,
Viperinorum, ....
Hedychroi,
Piperis Longi,
Opii electi. .............. } ana libras vigintiquatuor,

| | |
|---|---|
| Petalor. Rosar. Rubrar. exungul.<br>Iridis Florentinae,<br>Succi Glycyrrhizae,<br>Seminis Buniadis,<br>Scordii,<br>Opobalsami, seù Balsami veri,<br>Cinnamomi,<br>Agarici.................... | ana libras duodecim, |
| Myrrhae,..............<br>Costi Arabici,<br>Croci,<br>Cassiae Ligneae,<br>Spicae Nardi,<br>Schoenanthi,<br>Thuris,<br>Piperis Albi,<br>Nigri,<br>Dictamni Cretici,<br>Marrubii,<br>Radicis Rhapontici,<br>Staechados,<br>Petroselini Macedonici,<br>Calaminthae Montanae,<br>Terebinthinae optimae,<br>Radicis Zingiberis,<br>Pentaphylli..... | ana libras sex, |

Polii Montani, ........
Chamaepityos,
Styracis Calamitae,
Meu Athamantici,
Amomi Racemosi,
Acori Veri,
Spicae Celticae,
Terrae Lemniae,
Radicis Valerianae,
Chamaedryos,
Malabathri,
Sulphatis Ferri ad albedinem exsiccati,
Radicis Gentianae,
Seminis Anisi,
Foeniculi,
Ammios,
Hypocystidis,
Acaciae,
Carpobalsami,
Gummi Arabici,
Cardamomi Minoris,
Seseleos Massiliensis,
Thlaspi,
Hyperici,
Sagapeni. ............ } ana libras quatuor,

Radicis Aristolochiae Tenuis
Dauci Cretici,
Bituminis Judaici,
Opoponacis, } ana libras duas,
Galbani,
Centaurii Minoris,
Castorei. . . . . . . . . . . . . . .
Mellis praestantissimi triplum,
Vini optimi Q. S.

Conficitur solemni ritu Matriti, in communibus opificii *Pharmaceuticorum Aedibus*, coram *Regali Collegio* legitimè congregato. Electuarium Theriacale Magnum privatim componere, nemini jus esto.

## Electuarium hyoscyami opiatum.

(*Philonium Romanum.*)

℞. Seminis Hyoscyami, . . .
Anisi,
Foeniculi, } ana drachmas sex,
Myrrhae,
Castorei. . . . . . . . . . . . .
Opii drachmas quinque,
Cinnamomi unciam unam,
Croci drachmas duas,

Florum Chamomillae drachmas tres.

Fiat omnium pulvis subtilissimus et cum Mellis despumati libris duabus misce.

*Dosis à scrupulo ad scrupulos duos.*

*In singulis drachmis continet* Opii *granum unum et semis.*

## Confectio santalorum cordialis.

(*Electuarium Cordiale.*)

℞. Santali Citrini, . . . .<br>
Rubri,<br>
Croci,<br>
Cinnamomi,<br>
Caryophyllorum Aromaticorum,<br>
Flavedinis Citrei. . . . } ana drachmam unam.

Subtilissimè pulverentur et cum sufficienti quantitate Syrupi Citrei misceantur ad Electuarii mollis spissitudinem.

*Dosis à drachma ad drachmas duas.*

## Confectio quinae antimonialis.

(*Electuarium Febrifugum.*)

℞. Tartratis Potassae et Antimonii grana sex,<br>
Tartratis aciduli Potassae drachmas tres.

Misce et in mortario vitreo per semihoram tere. Deinde adde

Quinae Loxae pulveratae unciam unam,
Syrupi Aceti uncias tres et semis.

*Dosis à drachmis duabus ad unciam semis.*

*In singulis unciis continet* Tartratis Potassae et Antimonii *granum circiter unum et semis.*

## Confectio margaritarum kermesina.

(*Confectio Alkermes.*)

℞. Margaritarum laevigatarum, } ana drachmas duas,
Lapidis Lazuli laevigati. } 
Pulveris Ligni Aloes, } ana drachmas sex,
Cinnamomi Manilensis }
Syrupi Kermes recentis, ad mellis liquidi consistentiam inspissati libram unam et semis.

Omnia optimè misceantur et fiat Confectio.

*Dosis ad drachmas duas.*

N. B. Loco Margaritarum, earum Testae usurpari possunt.

## Confectio hyacinthorum composita.

(*Confectio Hyacinthorum cum acido.*)

℞. Hyacinthorum laevigatorum unciam unam,

Corallii Rubri laevigati, }
Terrae Sigillatae, } ana semi unciam,
Santali Citrini, }
Cornu Cervi. . . . . . . . . . }

Radicis Tormentillae, . . . . . . . }
Dictamni Albi, }
Granorum Kermes, }
Myrrhae, }
Petalorum Rosarum Rubrarum exungulatarum, } ana drachmas duas,
Seminum Citrei excorticatorum, }
Acetosae, }
Portulacae. . . . . . . . }

Margaritarum laevigatarum, } ana drachmam,
Croci. . . . . . . . . . . . . . . . }

Flavedinis Citrei,. . . . . . . . . } ana scrupulos duos.
Aurantiorum. . . . . }

Omnia subtiliter pulverata misceantur exactissimè, et cum Syrupi Limonum recentis libris duabus et semis fiat Confectio S. A.

*Dosis ad drachmas duas.*

### Confectio quinae antiepileptica.

(*Elect. Peruvian. Antiepil. Fuller.*)

℞. Pulveris Quinae Loxae drachmas sex,
Serpentar. Virginian. drachmas duas.
Syrupi Florum Paeoniae uncias tres.
Misce S. A.
*Dosis ad drachmas tres, vel quatuor.*

### Confectio quinae astringens.

(*Elect. Peruvian. Astring. Fuller.*)

℞. Quinae ex Loxa unciam unam,
Catechú, . . . . . . . . } ana drachmam unam.
Balsami Albi. . . . . . . }
Omnia subtilitèr pulverata misceantur S. A. cum Syrupi Symphyti unciis tribus, ut fiat Confectio ad usum.
*Dosis ad unciam semis.*

### Confectio rosarum rubrarum astringens.

(*Elect. Astringens Fuller.*)

℞. Conservae Rosarum Rubrarum uncias duas,
Electuarii Scordii Opiati unciam semis,

Boli Armenicae drachmas duas,
Sanguinis Draconis drachmam unam et semis,
Balaustiorum drachmam semis,
Olei distillati Nucis Moschatae,.. } ana guttas
Cinnamomi. . . . . . } duas.

Omnia exactè pulverata pistentur et cum Syrupi Rosarum Rubrarum uncia una misceantur S. A.

*Dosis ad unciam unam.*

# CAPUT XVII.

## *SUPPOSITORIA.*

Huc Dentifricia, Collyria sicca, Pessaria, Errhina solida, Masticatoria, et alia hujusmodi sub nomine Injectiones Solidae subjici debent.

### Suppositorium mellis commune.

℞. Mellis uncias duas.

Coque igne lento ad duritiem, addendo sub finem

Muriatis Sodae pulverati drachmas duas.

Misce optimè et supra tabulam, aut la-

pidem Oleo inunctum formentur duo Suppositoria conica, duplicato filo appensa.

### Suppositorium mellis irritans.

℞. Mellis ad duritiem cocti unciam unam,
Pulveris Colocynthidum drachmam semis,
Muriatis Sodae drachmam unam.
Misce et fiat Suppositorium, ut supra.

# CAPUT XVIII.

## *TABELLAE.*

### Tabellae althaeae gummatae.

℞. Radicum Althaeae recentium uncias quatuor.

Mundatae et incisae bulliant leviter in Aquae libris sex. In colatura dissolve igne lento, continenter spathulâ ligneâ agitando Gummi Arabici albissimi pulverati libras duas et semis.

Deinde admisce
Sacchari albissimi libras duas et semis.

Cola et vapora ad mollioris massae soliditatem non intermissâ agitatione. Adde al-

bumina ovorum quatuor in Aquae Naphae unciis quatuor soluta. Fortiter agita supra ignem ad humiditatis consumptionem. Effunde in chartam candidissimam, Amyli pulvere conspersam et setaceo superimpositam. Tunc amotâ chartâ, Amyli quod supersit secerne, massam refrigeratam in Tabellas scinde et Amylo denuo coopertas in vase idoneo serva.

## Tabellae hypecacuanhae saccharatae.

℞. Hypecacuanhae pulveratae drachmam unam,
Sacchari albi uncias quinque et semis,
Gummi Tragacanthi drachmas tres,
Aquae Q. S. ad Gummi solutionem.

Misce et fiant Tabellae numero centum quadraginta quatuor, ritè exsiccandae.

*Dosis ad scrupulum, seu Tabella per intervalla iteranda.*

*In singulis scrupulis continent* Hypecacuanhae *granum semis.*

# CAPUT XIX.

## *PILULAE.*

### Pilulae cynoglossi opiatae.

℞. Corticis Radicis Cynoglossi pulverati uncias duas,
Extracti Opii aquosi drachmas tres,
Pulveris Croci drachmas quinque,
Castorei drachmas sex.

Misce et cum Syrupi Simplicis drachmis novem fiat massa, aëri ad siccitatem exponenda.

*In singulis scrupulis continent* Extracti Opii *grana duo.*

*Dosis ad scrupulum unum.*

### Pilulae hydrargyri glycyrrhizatae.

(*Mercuriales.*)

℞. Hydrargyri purificati uncias duas.

Exstingue in mortario lapideo cum Mellis unciis duabus et semis. Adde
Pulveris Glycyrrhizae unciam unam et semis.

Fiat massa pilularis.

*In singulis scrupulis continent* Hydrargyri *grana octo.*

*Dosis á granis tribus ad scrupulum.*

PILULAE HYDRARGYRI EDIMBURGENSES.

℞. Hydrargyri purificati, . . } ana unciam unam.
Mellis optimi. . . . . . . . . }

Triturentur simul in mortario marmoreo donec Hydrargyrus inconspicuus reddatur; postea adde

Micae panis albi et recentis uncias duas.

Pistentur ut fiat massa S. A.

*Dosis ad semiscrupulum.*

PILULAE SCYLLAE AMMONIACALES.

(*Scylliticae.*)

℞. Saponis albi drachmas duas et scrupulum unum,

Gummi Ammoniaci pulverati drachmam unam,

Scyllae pulveratae, . . } ana scrupulum unum.
Resinae Copaivae. . . . }

Fiat massa pilularis.

*Dosis ad grana novem.*

*In singulis scrupulis continent* Scyllae *grana duo.*

## Pilulae sulphatis potassae aloeticae.

(*Tartareae Bontii.*)

℞. Aloes Succotrinae drachmas sex,
Gummi Ammoniaci drachmas tres,
Sulphatis Potassae drachmam unam.

Misce et cum Melle Depurato fiat massa pilularis.

*Dosis à scrupulo ad drachmam.*

## Pilulae aloes martiales.

(*Benedictae ex Fuller.*)

℞. Aloes Succotrinae unciam semis,
Sennae Hispanicae drachmas duas,
Gummi Assaefoetidae, } ana drachmam unam,
Myrrhae, }
Galbani. . . . . }
Sulphatis Ferri drachmas sex,
Croci, . . . . . . . . . . } ana drachmam semis.
Macis. . . . . . . . . . . }

Omnia pulverata misceantur, et cum Olei Succini guttis quadraginta et Syrupi Artemisiae Q. S. fiat massa pilularis S. A. è qua formentur Pilulae numero centum sexagin-

ta pro quadraginta dosibus, scilicet quatuor pro dosi.

## Pilulae aloes compositae.

(*Cochiae.*)

℞. Aloes Succotrinae uncias duas,
Fructuum Colocynthidis praeparatorum drachmas sex et semis,
Scamonii optimi unciam semis,
Radicis Jalappae, . . . } ana drachmas decem.
Sulphatis Magnesiae. }
Fiant Pilulae S. A.
*Dosis ad scrupulos duos.*

## Pilulae gummi ammoniaci balsamicae.

℞. Asellorum praeparatorum drachmas sex,
Gummi Ammoniaci drachmas tres,
Acidi Benzoici scrupulos quatuor,
Croci, . . . . . . . . . . . } ana scrupulum unum,
Balsami Peruani Nigri }
Olei Terebinthinae Sulphurati Q. S.
Fiat massa S. A. è qua formentur Pilulae.

# CAPUT XX.

## *TROCHISCI.*

### Trochisci carbonatis plumbi camphorati.

(*Albi ex Rhasis.*)

℞. Carbonatis Plumbi purificati unciam unam et semis,

Amyli, .............⎫
Gummi Arabici, .....⎭ ana drachmas duas,

Camphorae semidrachmam.

Seorsim pulverata misce et cum sufficienti Aquae quantitate formentur Trochisci.

N. B. Quotiescumque cum Opio praescripti fuerint; singulis Trochiscorum drachmis adde Opii grana tria, et tunc

*In granis vigintiquinque continent* Opii *granum unum.*

### Trochisci muriatis oxygenati hydrargyri.

(*Escharotici.*)

℞. Muriatis Oxygenati Hydrargyri sublimati unciam unam,

Amyli unciam unam et drachmas sex,
Gummi Tragacanthi drachmas duas.

Subtiliter pulvera in mortario vitreo et cum Aquae sufficienti quantitate fiant Trochisci.

*In singulis drachmis continent* Muriatis Oxygenati Hydrargyri sublimati *scrupulum unum.*

TROCHISCI FRUCTUUM CUPRESSI EX RAMICH.

℞. Succi Cydoniorum uncias sexdecim,
Omphacii unciam unam et semis,
Fructuum Cupressi uncias tres,
Foliorum Myrti uncias duas,
Rosarum Rubrarum unciam unam.

Coque leviter in vase idoneo. Colaturae adde

Pulveris Gummi Arabici sesquiunciam,
Santali Citrini drachmas decem,
Sumach, . . . . . } ana unciam unam,
Rosarum Rubr. }
Piperis Tabasci unciam unam et semis.

Vapora in radiis solaribus ad exsicationem. Subtilissimè massam pulvera et cum Aquae Rosarum S. Q. Trochiscos efforma S. A.

*Dosis à drachma ad drachmas duas.*

## Trochisci myrrhae compositi.

℞. Gummi Myrrhae unciam semis,
Assaefoetidae, . . . . . .
Sagapeni,
Opoponacis,
Foliorum Rutae,
Pulegii,
Menthastri,
Radicis Rubiae Tinctorum,
Seminis Petroselini. . . . . . . . . } ana drachmas duas.

Pulvera subtiliter et cum S. Q. decocti Artemisiae fiant Trochisci, in umbrâ sicca et vase cooperto ad usum serva.

*Dosis ad drachmam unam.*

## Trochisci agarici.

℞. Agarici Albi Q. V.

Radatur minutissimè et cum Vini Albi optimi S. Q. fiat massa in mortario lapideo, quae exsiccata, iterumque est trochiscanda et in umbrâ siccanda ad usum.

*Dosis ad drachmam unam in pulvere, ad drachmas quinque in infusione.*

## Trochisci fructuum colocynthidis.

(*Alhandal.*)

℞. Fructuum Colocynthidis minutim concisorum, absque seminibus et à pedunculis mundatorum uncias quatuor,
Gummi Tragacanthi drachmas duas,
Vini Albi generosi Q. S.

Fiat pasta in mortario lapideo ex qua formentur Trochisci in umbra siccandi. Postea in pulverem redige et cum Vino fiant iterum Trochisci ut antea, qui siccentur, iterumque trochiscentur.

*Dosis ad grana quatuor, vel sex in pulvere subtilissimo sumenda.*

## Trochisci scyllitici.

℞. Pulpae recentis Scyllae coctione praeparatae libram unam,
Dictamni Albi pulverati Q. S.

Fiant Trochisci S. A. sicca in umbrâ et serva ad usum.

*In Electuarium Theriacale Magnum ingrediuntur.*

### Trochisci ferri tartarisati.

Vide *PRAEPARATA EX FERRO.*

### Trochisci viperarum.

℞. Pulveris truncorum Viperarum cum visceribus praeparatorum Q. V.
Mucilaginis Gummi Tragacanthi Vino Albo paratae Q. S.

Fiant Trochisci S. A. quos in umbrâ sicca, Balsamo Nigro Peruano inungendos et ad usum servandos.

*In Electuarium Theriacale Magnum ingrediuntur.*

### Trochisci calami aromatici hedycroi.

℞. Herbae Mari Vulgaris,
Amaraci,
Radicis Asari,
Ligni Aloes. . . . . . . . } ana uncias undecim,
Radicis Calami Aromatici, . . . .
Phù Pontici,
Herbae Schoenanthi. . . . . . . . . } ana uncias sexdecim,

Herbae Costi Hortensis, . . . . . .  
Cinnamomi,  
Opobalsami,  
Xylobalsami. . . . . . . . . . . . . . . .  } ana uncias sexdecim,

Malabathri, . . . . . . . . . . . . . . . .  
Spicae Nardi,  
Cassiae Ligneae,  
Gummi Myrrhae,  
Croci. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .  } ana uncias triginta et duas,

Amomi Racemosi uncias sexaginta et tres,  
Mastiches uncias quinque et drachmas duas.

Omnia optime pulverata Vini optimi Q. S. confinge, Trochiscos forma si volueris, et serva ad usum.

*In Electuarium Theriacale Magnum tantùm ingrediuntur et quotiescumque conficitur parari debent eoquŏd ad alios usos non deserviant.*

# CAPUT XXI.

## *OLEA EXPRESSA.*

### Oleum amygdalarum dulcium.

℞. Amygdalarum dulcium recentium aspero linteo confrictarum libras sex.

In mortario lapideo tere pistillo ligneo, per setaceum trajice, sacculo cannabino immitte, ac torculari subjice.

*Dosis ab uncia semis ad uncias tres, vel plures.*

Eadem ratione exprimitur Oleum
*Amygdalarum Amararum*,
*Avellanarum*,
*Nucum Juglandium*,
*Seminum Ricini dempto priùs cortice*,
*Papaveris Albi*,
*Lini*,
*Sesami Orientalis*,
*Cannabis*,
*Hyoscyami et similium.*

## Oleum fructus cacao.

(*Butyrum Cacao.*)

℞. Fructûs Cacao torrefacti et mundati Q. V.

Tere et per setaceum trajice; postea in mortario marmoreo calefacto diutissime pinsito, ut fiat massa mollis, statim sacculo linteo excipe et prelo calefacto comprime; tunc in vase vitreo loco calido Oleum repone ut liquescat, filtra, in modulos papyraceos mitte et post refrigerationem serva.

## Oleum nucis moschatae.

℞. Nucum Moschatarum Q. V.

In mortario marmoreo pistillo ligneo tere et per setaceum trajice; postea in mortario ferreo calefacto pinsito fortiter, ut fiat massa tenuissima et malaxabilis, in sacculo linteo excipe et confestim prelo calido exprime.

*Dosis ad scrupulum.*

Sic extrahuntur sequentia Olea
*Fructuum Lauri siccatorum*,
*Seminis Anisi*,
*Foeniculi et similium.*

## Oleum ex vitellis ovorum.

℞. Ova Q. V.

Coque in Aqua ad duritiem, vitellos exime et radulâ comminutos in vase ferreo igne moderato assa, spathulâ assiduè movendo, donec ex flavo rubescant et pinguedinem exsudent. Confestim in sacculo lineo excipe, preloque calido exprime.

# CAPUT XXII.

## *O L E A  C O C T A.*

### Oleum apparitii.

(*Balsamum Aparitii.*)

℞. Olei Olivarum libras sex,
Summitatum Rorismarini, Hyperici, Rutae. . . . . } ana libram unam et semis.

Mixta calido loco per triduum digere. Adde
Lumbricorum terrestrium libram semis.

Coque ad humiditatis consumptionem. In colatura dissolve
Terebinthinae optimae libram unam et semis,
Pulveris Resinae Juniperi, Myrrhae electae, Thuris. . . . . . . . } ana uncias duas,
Mastiches unciam unam.

Cola et serva.

### Oleum capparum.

℞. Florum Capparis nondum explicatorum et Aceto conditorum uncias octo,
Corticis Radicum ejusdem plantae uncias duas,
Radicis Cyperi Longi unciam unam,
Foliorum Rutae recentium drachmas duas.
Incide, tere et adde
Olei Olivarum libras tres,
Vini Albi uncias sex.

Macera per triduum loco calido, coque ad humiditatis consumptionem, cola et per subsidentiam defaeca.

### Oleum cucurbitae pleuriticum.

(*Balsamum Pleuriticum.*)

℞. Corticum Cucurbitae longae in frustula incisorum, } ana libras sex.
Olei Olivarum.......... }

Coque ad perfectam humiditatis consumptionem, cola et defaeca.

### Oleum euphorbii.

℞. Euphorbii pulverati unciam unam,
Olei Olivarum libram unam.
Misce, leni igne dissolve et cola.

### Oleum hyperici.

℞. Summitatum Hyperici seminibus onustarum, fermè siccarum et contusarum libras quatuor,
Olei Olivarum libras sex.
Digere per septimanam, leviter coque et cola.

### Oleum lumbricorum.

℞. Lumbricorum libras duas,
Vini uncias sex,
Olei Olivarum libras tres.
Coque in vase idoneo ad humiditatis consumptionem. Cola.

### Oleum rosarum.

℞. Olei Olivarum libras octo,

Petalorum Rosarum Rubrarum et Pallidarum recens explicatarum et contusarum ana libras tres.

Digere per triduum, aut quatriduum: postea coque ad humiditatis consumptionem et cola cum expressione.

Eâdem methodo parantur Olea
*Rorismarini* ex summitatibus floridis,
*Chamomillae* ex floribus,
*Liliorum Alborum* ex petalis,
*Rutae* ex foliis,
*Sambuci* ex floribus,
*Myrti* ex foliis et fructibus,
*Solani* ex foliis et fructibus cum Oleo Rosarum,
*Althaeae* ex radicibus.

### Oleum bryoniae compositum.

(*Agrippae.*)

℞. Radicum recentium Bryoniae, . . } ana libram
Cucumeris Agrestis. . . } unam,
Scyllae, . . . . . }
Iridis Nostratis, } ana libram semis.
Ebuli. . . . . . . }

Mundatas, incisas et contusas coque igne

lento ad humiditatis fermè consumptionem in Olei Olivarum libris quatuor.

Postea cola, defaeca et ad usum serva.

### Oleum castorei.

℞. Castorei triti uncias duas,
Olei Olivarum libras duas,
Vini Albi optimi uncias quatuor.

Digere in vase vitreo angustioris colli per dies octo; postea coque lento igne ad humiditatis consumptionem et serva sine colatura. Per decantationem hoc oleum usurpatur.

### Oleum croci.

℞. Croci unciam unam,
Radicis Calami Aromatici, }
Seminis Cardamomi Minoris } ana sesquiunciam,
contusorum. . . . . . . . . . . }
Vini Albi optimi libram semis,
Olei Olivarum libram unam et semis.

Misce et digere per octiduum; postea coque leviter ad humiditatis consumptionem, cola et serva ad usum.

## Oleum stramonii compositum.

(*Balſamum Tranquillans.*)

℞. Foliorum Stramonii uncias quatuor,

Solani Nigri,<br>
Phytolaccae,<br>
Belladonnae,<br>
Mandragorae,<br>
Nicotianae,<br>
Hyoscyami,<br>
Papaveris Albi<br>
Nigri.<br>
} singulorum uncias quatuor,

Summitatum floridarum<br>
Rorismarini,<br>
Salviae,<br>
Rutae,<br>
Absynthii,<br>
Hyssopi,<br>
Lavendulae,<br>
Thymi,<br>
Majoranae,<br>
Costi Hortensis,<br>
Menthae,<br>
Sambuci,<br>
Hyperici,<br>
Persicariae. . .<br>
} singulorum unciam unam,

Bufones vivos numero quinque.

Herbae succulentae minutim sectae simulque Bufones injiciantur in Olei Olivarum libris quinque et coquantur ad humiditatis consumptionem; postea cola cum forti expressione et adde herbas aromaticas, quae insolentur per dies octo; tunc coque paululum, cum expressione cola et post defaecatum Oleum serva ad usum.

### Oleum thapsiae antirheumaticum.

(Vulgò *del Fraile.*)

℞. Radicis Thapsiae minutim sectae,<br>
Foliorum Rorismarini,<br>
Vini Rubri optimi. . . . . . . . . } ana libram unam,<br>
Olei Olivarum libras quatuor.

Misce et digere per dies quatuor; postea coque lento igne ad Vini consumptionem, cola, defaeca per subsidentiam et serva ad usum.

### Oleum arthanitae compositum.

℞. Succi, vel Decocti fortissimi Radicis Arthanitae libras duas,

Succi, vel Decocti Cucumeris Agrestis uncias octo,
Colocynthidis uncias duas,
Polypodii uncias tres,
Euphorbii drachmas duas.

Omnia mixta et contusa digerantur in Olei Irini recentis libris duabus per dies quatuor; postea coquantur ad humiditatis ferè consumptionem, cola et per subsidentiam depuratum serva ad usum.

### Oleum inulae compositum.

(*Martiatonis.*)

| | |
|---|---|
| ℞. Radicis Helenii, ........... Valerianae Sylvestris, Bardanae. .......... | singulorum uncias tres, |
| Summitatum Hyperici, .... Herbarum Abrotani, Absinthii, Ocymi, Calaminthae, Costi Hortensis, Majoranae, Menthastri, Sabinae. ......... | singulorum uncias tres, |

| | |
|---|---|
| Salviae, .................. <br> Foliorum Sambuci. ......... | singulorum uncias tres, |
| Summitatum floridarum Chamomillae, <br> Meliloti, <br> Staechados | singulorum uncias duas, |
| Foliorum Lauri recentium, ... <br> Ebuli, <br> Rorismarini, <br> Rutae. ........... | singulorum uncias sex, |
| Seminum Cymini, ....... <br> Foenigraeci, <br> Urticae. ....... | singulorum unciam unam, |

Olei Olivarum libras duodecim.

Radices contusae et mundatae macerentur in Oleo simul cum floribus et herbis per dies quatuor ; postea coque ad humiditatis consumptionem et depuratum Oleum per subsidentiam ad usum serva.

### Oleum conyzae compositum.

(*Aregonis.*)

| | |
|---|---|
| ℞. Foliorum Conyzae Majoris, <br> Laureolae, <br> Cucumer. Agrest. | singulorum uncias quatuor, |

| | | |
|---|---|---|
| Foliorum | Calaminthae, . . . | singulorum uncias quatuor, |
| | Rorismarini, | |
| | Majoranae, | |
| | Thymi, | |
| | Rutae, | |
| | Lauri, | |
| | Sabinae, | |
| | Salviae. . . . . . . . | |
| Radicis | Bryoniae, . . . . . . . . . . . | singulorum uncias duas. |
| | Ari, | |
| | Cucumeris Sylvestris. . | |

Omnia incisa et contusa macerentur in Olei Olivarum libris decem per dies quatuor; postea igne lento coquantur ad humiditatis consumptionem; cola cum expressione et post defaecatum Oleum serva ad usum.

## Oleum irinum.

℞. Radicum Iridis Nostratis recentium et contusarum libram unam et semis,
Olei Olivarum libras tres.

Digerantur in vase fictili vitreato per horas vigintiquatuor, coque ad humiditatis ferè consumptionem; postea cola cum expressione et infunde

Florum Iridis ejusdem speciei libram semis.

Digere per horas duodecim; coque ad humiditatis consumptionem, cola, depura Oleum per subsidentiam et serva ad usum.

### Oleum scorpionum.

℞. Scorpiones vivos centum,
Olei Olivarum libras tres.

Scorpiones suffoca in Oleo, coque cum Aquae pauxillo et cola.

### Oleum oxydi cupri viride.

(*Balsamum Viride.*)

℞. Olei Olivarum libram unam et semis,
Terebinthinae uncias tres.

Dissolve igne lento et refrigeratis adde
Pulveris Oxydi Cupri acetati drachmas quatuor et semis,
Olei distillati Caryophyllorum drachmam unam et semis.

# CAPUT XXIII.

## *OLEA DISTILLATA.*

### Oleum absinthii.

℞. Herbae floridae Absinthii, seminibus onustae et incisae libras octo,
Aquae libras sexaginta quatuor.

Distilla ex alembico, donec nihil amplius Olei prodeat. Oleum ab Aqua per infundibulum separa, et cum nova Absinthii quantitate rursus distilla; idque toties repete quousque sufficientem Olei portionem obtinueris.

Simili modo extrahitur Oleum
*Florum Chamomillae,*
*Lavendulae,*
*Herbae Menthae et similium.*

### Oleum caryophyllorum.

℞. Caryophyllorum Aromaticorum libram unam,
Aquae libras quadraginta.

Macera per dies quatuor et in alembico distilla forti igne ad dimidias; Oleum ab

Aqua separatum per infundibulum ad usum serva.

*Dosis ad guttas sex.*

Simili modo distillatur Oleum
*Fructuum Lauri,*
*Juniperi,*
*Nucis Moschatae,*
*Cinnamomi,*
*Terebinthinae et similium.*

## Oleum limonum.

℞. Flavedinis Limonum, radulâ ab interiori cortice sub Aqua separatae, Q. V.
Aquae sufficientem quantitatem.

Distilla et Oleum S. A. ab Aqua separa.

## Oleum anisi.

℞. Seminum Anisi contusorum libras sex,
Aquae libras quadraginta.

Macera per biduum et distilla, ut in praedictâ operatione.

Simili modo distillatur Oleum
*Seminis Cymini,*
*Foeniculi,*
*Carvi et similium.*

## Oleum cerae.

℞. Cerae Citrinae libram unam,
Pulveris Laterum libras duas.

Liquefactâ Cerâ, pulverem permisce, ab igne separa, ut per refrigerationem fiat pasta è qua formentur globuli, quos ex retorta vitrea balneo arenae igne forti distillabis: prodibit primùm Oleum butyri formâ, quod per infundibulum separatum cum pulvere tegularum, aut Laterum iterum atque iterum distilla donec limpidissimum et tenuissimum appareat, quod servetur ad usum.

*Dosis ad scrupulum semis.*

Simili modo distillatur Oleum
*Saponis*,
*Pinguedinis et similium.*

## Oleum cornu cervi.

℞. Cornu Cervi in scobem redacti Q. V.

Distilla ut in Carbonate Ammoniacali C. C. praescribitur; tunc sume
Hujus Olei Q. V.
Pulveris Cornu Cervi calcinati Q. S.

Fiat massa, aut globuli, quos distilla in retorta vitrea ignem augendo donec totam ferè quantitatem obtineas et serva ad usum.

*Usus externus.*

Simili modo distillatur Oleum
*Viperarum*,
*Lumbricorum*,
*Caeterorumque animalium*.

### Oleum succini.

℞. Succini triti Q. V.

Distilla ex retorta vitrea, ut in Acido Succinico praescribitur: tunc sume
Hujus Olei Q. V.
Aquae dodecuplum.

Distilla in retorta vitrea balneo arenae fere ad siccitatem; toties repete donec limpidissimum et tenuissimum Oleum obtineas; ab Aqua per infundibulum separa et serva.

*Dosis ad guttas octo.*

### Oleum olivarum empyreumaticum.

(*Laterum.*)

℞. Laterum pulveratorum, . . . } ana libras tres.
Olei Olivarum. . . . . . . . . }

Immitte in retortam, igne reverberii distilla et Oleum à phlegmate separa.

### Oleum galbani compositum.

(*Galbanetum.*)

| | |
|---|---|
| ℞. Gummi Galbani, . . . . . | singulorum libram unam. |
| Hederae, | |
| Resinae Elemi, | |
| Olei Fructuum Lauri. . | |

Omnia mixta in retorta vitrea balneo arenae distillentur, ignem augendo, donec nihil amplius Olei prodeat; Oleum à liquore acido separatum ad usum serva.

*Usus externus.*

---

### Oleum terebinthinae sulphuratum.

(*Balsamum Sulphuris Terebinthinatum.*)

℞. Olei. Terebinthinae libram unam,
Sulphuris Sublimati uncias tres.

Injiciantur in matracium vitreum non obturatum et calore balnei arenae digerantur diligenter movendo, donec totum Sulphur ferè dissolvatur et Oleum colorem rubrum et consistentiam Syrupi adquisiverit, Oleum per

subsidentiam depuratum per decantationem separa et vase obturato ad usum serva.

*Dosis ad guttas octo.*

### Oleum anisi sulphuratum.

(*Balsamum Sulphuris Anisatum.*)

℞. Olei distillati Anisi libram unam,
Sulphuris Sublimati uncias tres.

Misce et procede ut supra.

*Dosis ad guttas octo.*

Simili modo paratur Oleum
*Succini Sulphuratum*,
*Nucum Juglandium Sulphuratum cum Oleo expresso.*

# CAPUT XXIV.

## *UNGUENTA.*

### Unguentum muriatis hydrargyri.

(*Ad Herpetes.*)

℞. Unguenti Rosarum uncias sex,
Muriatis Hydrargyri praecipitati drachm. sex.

Misce in mortario vitreo.

*Drachmae tres hujus Unguenti continent* Muriatis Hydrargyri praecipitati *scrupulum unum.*

### Uuguentum muriatis oxygenati hydrargyri.

(*Ad Scabiem ex Alderete.*)

℞. Butyri Vaccini recentis uncias quatuor,
Terebinthinae, ....... } ana unciam unam.
Olei Rosarum. ....... }

Igne lenissimo liquefiant: deinde agita in mortario lapideo et permisce sequentia in subtilissimum pulverem redacta:

Carbonatis Plumbi uncias duas et semis,
Muriatis Oxygenati Hydrargyri sublimati drachmas duas,
Sulphatis Aluminae exsiccati drachmas duas.

Mox adde

Vitellos Ovorum duos,
Succi Limonum uncias duas.

Misce optime.

*In singulis unciis continet* Muriatis Oxygenati Hydrargyri sublimati *scrupulum semis.*

### Unguentum sulphureti hydrargyri sublimati.

(*Cinnabarinum.*)

℞. Pulveris Oxydi Plumbi semivitrificati uncias quatuor,
Muriatis Hydrargyri sublimati drachm. duas,
Carbonatis Plumbi unciam unam et semis,
Sulphureti Hydrargyri sublimati uncias duas,
Olei Rosarum libras duas,
Cerae Citrinae uncias sex.

Liqua Ceram in Oleo et reliqua prius laevigata misce agitando donec frigescant.

### Unguentum hydrargyri.

(*Mercurii.*)

℞. Axungiae Suillae libras duas,
Hydrargyri libram unam.

Fiat Unguentum S. A. in mortario lapideo pistillo ligneo per aliquot dies continuè agitando donec Hydrargyrus inconspicuus reddatur.

*In singulis drachmis continet* Hydrargyri *scrupulum unum.*

## Unguentum nitratis hydrargyri.

(*Citrinum.*)

℞. Hydrargyri, . . . . . . . . . } ana unciam unam.
Acidi Nitrici. . . . . . . . . }

Effunde gradatim Acidum in vas vitreum supra Hydrargyrum ad solvendum. Tunc sume Axungiae Suillae liquefactae et jam ferè spissescentis uncias decem.

Mitte in mortarium vitreum, et solutionem nitricam sensim superaffunde, agitetur mixtura donec frigescat.

## Unguentum carbonatis plumbi.

(*Album ex Rhasis.*)

℞. Olei Rosarum libram unam et semis,
Pulveris Carbonatis Plumbi libram unam,
Cerae Albae uncias quatuor.

Liquefactâ in Oleo Cerâ, Carbonatem Plumbi admisce, dein coque paululum igne lento, separa et agita usque ad refrigerationem.

### Unguentum oxydi plumbi acetatum.

(*Lithargyri, seu Nutritum.*)

℞. Oxydi Plumbi Semivitrificati pulverati libram unam,
Olei Olivarum libras tres,
Aceti Albi optimi uncias sexdecim.

Coque Oxydum Plumbi cum Olei libra una, addendo Aquae quantum satis, ad Cerati densitatem. Huic admisce in mortario modò Oleum, modò Acetum, continenter agitando, donec Oleum omne et Acetum exhauseris, et Unguento debitam spissitudinem et candorem conciliaveris.

### Unguentum plumbi nigrum.

℞. Sulphureti Plumbi, . . . . . . . . . . } ana uncias
Oxydi Plumbi Semivitrificati. . . } duas,
Carbonatis Plumbi, . . . . . }
Sulphureti Antimonii. . . } ana unciam unam,
Olei Rosarum libras tres,
Cerae Albae uncias novem.

Liqua Ceram in Oleo et reliqua optime laevigata misce, coque paululum, separa et continenter agita ad refrigerationem.

### UNGUENTUM OXYDI PLUMBI FUSCUM.

(Vulgò *de la Mere.*)

℞. Axungiae Suillae, . . . . .
Butyri Vaccini recentis,
Cerae Citrinae,
Sebi Hircini,
Oxydi Plumbi Semivitrificati pulverati. . . . . } ana libram semis,
Olei Olivarum libram unam.

Coque donec ex fusco nigrescat non intermissâ agitatione.

### UNGUENTUM OXYDI PLUMBI RUBRUM.

(*Magistrale, seu de Minio.*)

℞. Olei Rosarum libram unam et semis,
Pulveris Oxydi Plumbi Rubri uncias quinque,
Carbonatis Plumbi, . . . . . . .
Oxydi Plumbi Semivitrificati } ana sesquiunciam,

Coque paululum continuè agitando et adde Cerae Albae uncias quatuor.

Liqua, ab igne separa, agita et serva ad usum.

### Unguentum acetatis plumbi.

(*Butyrum Saturni.*)

℞. Acetatis Plumbi Liquidi, } ana libram unam.
Olei Olivarum. . . . . . . . }

Misce in mortario lapideo continuè agitando pistillo ligneo, ad Linimenti spissitudinem.

### Unguentum althaeae.

℞. Olei Althaeae libras duas,
Cerae Citrinae, . . . . . . . } ana libram semis.
Resinae Communis. . . . . }

Liquatis et colatis, admisce
Terebinthinae purae uncias duas.

### Uuguentum colophoniae pallidum.

(*Basilicum.*)

℞. Cerae Citrinae, . . . . . . }
Sebi Hircini, } ana libram unam.
Resinae Communis, }
Colophoniae. . . . . . . . . }

Liqua in Olei Olivarum sesquilibra et cola.
*Si loco Colophoniae adhibueris Picem Nigram;*
Unguentum picis nigrum *habebis:*

### Unguentum medullae mucilagineum.

(*Filii Zachariae.*)

℞. Cerae Albae, . . . . . . . . . . }
Medullae Cruris Vaccini, } ana uncias sex,
Axungiae Suillae. . . . . . . . }
Olei Seminum Lini recentis uncias quinque.

Liquefactis et semirefrigeratis, adde Mucilaginis spissioris Seminum Lini uncias sex.

Agita, donec Mucilago exactè misceatur et Unguentum refrigeretur, quod repetes per aliquot dies ne mucescat.

### Unguentum medullae vaccinae.

℞. Butyri Majalis recentis libram unam,
Medullae Cruris Vaccini libram semis.

Misce in mortario marmoreo, elue multoties Aquâ et materiem Aquâ Rosarum coopertam serva.

### Unguentum sebi arcaei.

(*Balsamum Arcaei.*)

℞. Sebi Hircini libram unam,
Terebinthinae purae, . . . ⎫
Resinae Elemi, ⎬ ana uncias decem.
Axungiae Suillae. . . . . . ⎭
Liqua et cola.

### Unguentum rosarum.

℞. Axungiae Suillae recens praeparatae libras duodecim,
Petalorum Rosarum Pallidarum recentium libras sex.

Macera per triduum: deinde coque ad humiditatis exhalationem et cola cum expressione.

### Unguentum sambuci.

℞. Corticum interiorum recentium Surculorum Sambuci libras duas et semis,
Foliorum ejusdem libram semis.

Contundantur et cum Axungiae Suillae libris novem macerentur per dies octo in va-

se fictili vitreato; coque ad humiditatis ferè consumptionem; tunc cola cum forti expressione, defaeca et ad usum serva.

### Unguentum Arthanitae Compositum.

℞. Olei Arthanitae Compositi recentis libras duas,

| | |
|---|---|
| Butyri Vaccini, . . . . . . . . . | ana uncias octo. |
| Cerae Citrinae. . . . . . . . . . | |

Igne lento liquatis, adde

| | |
|---|---|
| Gummi Sagapeni purificati, . . . | ana unciam semis. |
| Fellis Tauri praeparati. . . . . . | |

Omnibus mixtis et semirefrigeratis, adde sequentes pulveres

| | |
|---|---|
| Scamonii, . . . . . . . . . . | ana unciam semis, |
| Radicis Jalappae, | |
| Fructûs Colocynthidis, | |
| Foliorum Mecereonis, | |
| Aloes. . . . . . . . . . . . . | |
| Salis Gemmae, . . . . . . . | ana drachmas duas. |
| Gummi Euphorbii, | |
| Myrrhae, | |
| Fructûs Piperis Longi, | |
| Radicis Zingiberis, | |
| Florum Chamomillae. . | |

Misce S. A. et serva ad usum.

## Unguentum lumbricorum nervinum.

℞. Herbae recentis Rutae, . . . . . . .
Summitatum floridarum
Salviae,
Majoranae,
Rorismarini,
Menthae,
Chamaepityos,
Verbasci,
Lavendulae,
Hyperici,
Chamomillae,
Meliloti. . . . . } ana uncias duas,

Fructuum Lauri, . . . .
Juniperi. . . } ana unciam unam.

Contusa et incisa macerentur per biduum in Olei Lumbricorum libris tribus; postea coquantur ad humiditatis consumptionem, Oleum colatum per expressionem defaeca et in colatura dissolve
Cerae Citrinae uncias novem.

Semirefrigerato unguento, adde
Olei distillati Cerae, . . . .
Terebinthinae } ana uncias duas,

Unguenti Althaeae uncias quatuor.
Misce exactè et serva ad usum.

### Unguentum inulae martiatonis.

℞. Olei Inulae Compositi recentis libras quatuor,
Cerae Citrinae libram unam,
Axungiae Suillae uncias quatuor.
Liquatis et semirefrigeratis, adde
Styracis Liquidae drachmas undecim,
Pulveris Mastiches drachmas sex.
Agita ad refrigerationem et serva ad usum.

### Unguentum cicutae deopilativum.

℞. Foliorum Cicutae, . . . . .
Apii,
Ebuli,
Petroselini,
Sabinae. . . . . . } ana libram unam,
Radicis Capparis, . . . . . . . . . . .
Iridis Germanicae,
Bryoniae. . . . . . . . . . . } ana libram semis.
Incisa et contusa digerantur per quatriduum in Olei Olivarum libris sex; dein co-

que ad humiditatis consumptionem, cola, exprime, defaeca et igne lento dissolve
Cerae Citrinae sesquilibram.

Semirefrigerato Unguento adde
Pulveris Gummi Ammoniaci, . . } ana uncias
Radic. Aristoloc. Long. } duas.

Misce et fiat Unguentum S. A.

## Unguentum conyzae aregonis.

℞. Olei Conyzae compositi recentis libras quatuor,
Cerae Albae libram unam,
Axungiae Suillae uncias quatuor.

Liquatis et semirefrigeratis, adde
Pulveris Radicis Pyrethri, . .
Zingiberis,
Fructûs Piperis Nigri, } ana unciam semis.
Euphorbii,
Masticlies,
Thuris. . . . . . . . . . .

Misceantur optimè et agita ad refrigerationem.

## UNGUENTUM BRYONIAE AGRIPPAE.

℞. Olei Bryoniae Compositi recentis libras quatuor,
Cerae Albae libram unam.
Liqua igne lento, agita paululum post semirefrigerationem et serva ad usum.

## UNGUENTUM MALORUM INSANORUM.

℞. Olei Rosarum libras tres,
Malorum Insanorum minutim incisorum libras duas.
Coque igne lento ad humiditatis consumptionem, in colatura igne lento dissolve
Cerae Citrinae uncias novem.
Adde
Oxydi Cupri Acetati laevigati sine Aqua drachmas duas.
Coque paululum ad colorem viridem conciliandum, agita et refrigeratum serva.

## UNGUENTUM RUTAE.

(*Butyrum Rutae.*)

℞. Foliorum recentium Rutae, . . . . } ana uncias duas,
Absinthii,
Menthae. . .
Axungiae Suillae uncias sexdecim.

Coque ad humiditatis consumptionem et cola.

## UNGUENTUM GEMMARUM POPULI COMPOSITUM.

(*Populeum.*)

℞. Gemmarum Populi Nigrae recentium et contusarum libras tres,
Axungiae Suillae libras octo.

Misce et macera in vase fictili vitreato, ritè cooperto, donec sequentia recens collecta comparare possis, scilicet
Foliorum Hyoscyami libram unam et semis,
Sempervivi Majoris, . . } ana libram unam,
Violae,
Umbilici Veneris. . . .
Solani libras duas.

Contusis, misce et coque igne lento, conti-

nenter agitando, ad humiditatis consumptionem. Cola, torculari exprime et defaeca.

### Unguentum myrtinum compositum.

(*Comitissae.*)

℞. Olei Myrti libram unam,
Cerae Citrinae uncias tres.

Liquatis et ab igne semotis, adde sequentia in pulverem subtilem redacta:
Gallarum immaturarum unciam unam,
Fructuum Myrti, . . . . }
Cupressi, } ana drachmas duas,
Corticum Granatorum }
Foliorum Sumach unciam unam,
Masticheſ unciam semis.

Agita usque ad refrigerationem et serva ad usum.

### Unguentum cantharidum.

(*Epispasticum.*)

℞. Unguenti Colophoniae Pallidi uncias tres,
Cerae Citrinae unciam semis.

Simul liquatis, adde
Pulveris Cantharidum unciam unam et semis.

Misce igne lento continuè movendo et post refrigerationem serva ad usum.

### Unguentum oxygenatum.

℞. Axungiae Suillae uncias octo.

Liqua in vase porcellaneo amplo et injice Acidi Nitrici puri unciam unam.

Cum spathula lignea lento igne agita, quousque vapores rubros non exhalet; tunc ab igne statim separa, pluriesque agita, et semirefrigeratum in modulos papyraceos immitte servaque ad usum.

---

### Unguentum oxydi cupri melleum.

(*Ægyptiacum.*)

℞. Mellis optimi uncias quatuordecim,
Aceti fortis uncias septem,
Oxydi Cupri acetati pulverati uncias quinque.

Coque igne lento ad Unguenti spissitudinem.



UNIVERSITAT DE GRANADA Biblioteca

# CAPUT XXV.

## EMPLASTRA.

### Emplastrum resinosum sulphuratum.

(*Guillermi Servitoris.*)

℞. Resinae communis, . . . . .<br>
Colophoniae. . . . . . . . . . } ana libras duas,<br>
Cerae Citrinae libram unam,<br>
Terebinthinae uncias octo.<br>
Liquefactis et colatis, adde<br>
Pulveris Zingiberis unciam unam et semis,<br>
Fructuum Lauri, . . . .<br>
Sulphuris,<br>
Seminis Anisi,<br>
Summitatum Pulegii,<br>
Thuris,<br>
Croci,<br>
Mastiches. . . . . . . . . } ana unciam unam,<br>
Piperis Tabasci uncias duas.<br>
Misce diligenter et fiat Emplastrum.

## Emplastrum sebi anodinum.

℞. Emplastri Oxydi Plumbi Mucilaginei recentis libram unam,
Cerae Albae uncias sex,
Axungiae Suillae uncias quatuor,
Sebi Hircini uncias duas.

Liqua, cola et in Emplastri formam redige.

N. B. Si praedicto Emplastro addideris Olei Olivarum uncias quatuor, habebis Ceratum anodinum.

## Emplastrum carbonatis plumbi ustum.

(*Benedictum.*)

℞. Radicis Althaeae, . . . . . .} ana uncias duas,
Arundinis. . . . . .}
Ireos uncias tres.

Incisas macera in Olei Olivarum libris tribus; dein coque ad humiditatis consumptionem. Cola et admisce
Carbonatis Plumbi pulverati uncias sex,
Oxydi Zinci Semivitrificati laevigati uncias tres.

Perge coquere spathulâ continenter agitan-

do ad Emplastri mollis spissitatem. Dein adde Cerae Citrinae uncias quatuor.

Tunc decoque ad debitam densitatem, ac ab igne semotis et semirefrigeratis, affunde Balsami Nigri unciam semis.

Agita et fiat Emplastrum.

## Emplastrum cicutae.

℞. Resinae Communis libras duas et uncias duas,
Cerae Citrinae libram unam,
Olei Olivarum uncias tres.

Liquefactis igne leni, adde
Cicutae recentis contusae libras duas.

Coque ad totius ferè humiditatis exhalationem. Cola cum expressione, in ignem redige et adjice
Succi Cicutae recenter extracti et non defaecati libras quatuor.

Agita spathulâ ligneâ donec faecula Succi cum massa resinosa permisceatur; dein remove, liquoremque limpidum supernatantem et fere refrigeratum decanta: tunc massae iterum liquefactae admisce
Gummi Ammoniaci in Aceto soluti et ad Emplastri spissitudinem redacti uncias octo.

Fiat Emplastrum S. A.

### Emplastrum oxydi plumbi rubrum.

(*Confortativum Vigonis.*)

℞. Radicum et Foliorum Symphyti, } ana uncias quatuor,
Fructuum Myrti,
Rosarum Rubrarum,
Summitatum Hyperici. . . . . . .

Incisa et contusa coque in Aquae libris novem ad tertiae partis consumptionem; tunc sume

Olei Olivarum libras quatuor,
Sebi Hircini libram unam,
Oxydi Plumbi Semivitrificati pulverati libras duas.

Coque, sensim addendo Decoctum supradictum, ad molliorem Emplastri spissitudinem. Deinde in eodem liqua

Cerae Citrinae libram unam,
Terebinthinae uncias tres.

Iterum coque ad justam densitatem, et Emplastro semirefrigerato, insperge sequentia in pulverem redacta, scilicet

Thuris, . . . . . . . . . . . . . . } ana uncias duas,
Myrrhae,
Mastiches. . . . . . . . . . . . .

Sanguinis Draconis uncias tres,

Boli Armenicae laevigatae uncias quatuor,
Oxydi Plumbi Rubri uncias sex.
Misce, malaxa et in cylindros serva.

## Emplastrum oxydi plumbi mucilagineum.

(*Diachylum Simplex.*)

℞. Radicum recentium Althaeae in taleolas sectarum, } ana libram semis.
Seminum Lini. . . . . . . . . . . . . . } ana libram semis.

Infusis in Aquae libris octo, leviter coque ad mucilaginis extractionem. Cola et exprime; tunc sume
Mucilaginis expressi libras tres,
Oxydi Plumbi Semivitrificati subtiliter pulverati libras duas,
Olei Olivarum libras quatuor.
Coque, sensim addendo mucilaginem, ad Emplastri soliditatem.

## Emplastrum oxydi plumbi mucilagineum compositum.

(*Diachylum Magnum.*)

℞. Emplastri praedicti libras sex,
Ichthyocollae Alkoholis Vini Communis un-

ciis duabus solutae unciam semis,
OEsypi uncias quatuor,
Resinae Communis, . . . } ana uncias quatuor,
Cerae Citrinae. . . . . . }
Terebinthinae libram semis.

Resinam, Ceram et Terebinthinam simul liquatas et colatas adde Emplastro liquato igne lento, et optimè misceantur, addendo sub finem OEsypum cum Ichthyocollae solutione in mortario priùs coalitum, postremum verò digerantur ad intimam unionem et humiditatis consumptionem.

### Emplastrum oxydi plumbi gummatum.

(*Diachylum Gummatum.*)

℞. Emplastri supra descripti libras tres,
Gummi Galbani, . . . . . }
Ammoniaci, . . . } ana unciam unam,
Bdellii, . . . . . . }
Sagapeni. . . . . . }
Vini Albi libram unam.

Emplastro igne lento liquato et adhùc calenti adde Gummi in Vino soluta, colata et ad mellis spissitudinem igne lento evaporata, agitando ad perfectam mixtionem; post-

ea lenissimè coque ad humiditatis consumptionem et forma cylindros S. A.

### Emplastrum ranarum simplex.

℞. Ranas viventes quadraginta,
Radicum recentium Ebuli, . . . . . } ana sesqui
Bardanae. . . } libram,
Aceti libras tres,
Aquae libras novem:

Macera per biduum et coque ad dimidias. Tunc sume
Decocti colati et expressi libras quinque,
Olei Olivarum libras novem.

Coque ad humiditatis ferè consumptionem. Deinde ab igne remove et adde
Axungiae Suillae libras tres,
Oxydi Plumbi Semivitrificati pulverati libras sex,
Ejusdem Decocti Q. S.

Spathulâ ligneâ permixtis, iterum coque ad debitam spissitudinem, ut digitis non adhereat; tunc adde
Cerae Citrinae libras tres,
Terebinthinae uncias duas.

Exactè permixtis et semirefrigeratis insperge

Euphorbii pulverati unciam unam.

Fiat Emplastrum S. A.

### Emplastrum ranarum cum hydrargyro.

℞. Hydrargyri libram unam,
Terebinthinae uncias quatuor.

Agita in mortario ferreo donec Hydrargyrus inconspicuus reddatur. Cum Emplastri Ranarum libris sex et unciis octo, igne lenissimo liquati misce, et malaxatum in cylindros serva.

*In singulis unciis continet* Hydrargyri *drachmam unam.*

### Emplastrum oxydi plumbi saponaceum.

℞. Olei Olivarum uncias triginta duas,
Oxydi Plumbi Rubri uncias duódecim,
Carbonatis Plumbi optimi uncias sex,
Saponis Albi recentis uncias tres,
Cerae Albae unciam unam et semis.

Plumbi praeparata in subtilem pulverem redacta cum Oleo ritè permisce: deinde adde Saponem in sufficienti Aquae quantitate solutum. Haec omnia simul mixta agita, do-

nec Linimenti formam adquisiverint. Tunc supra mediocrem ignem, continenter agitando et humiditatem, quoties oportuerit, addendo, coque ad debitam soliditatem: humiditatis reliquum levi calore vapora; postea Ceram adjice et semirefrigerato Emplastro adde

Camphorae pulveratae unciam unam.

Misce S. A., malaxa et in cylindros serva ad usum.

### Emplastrum oxydi plumbi epuloticum.

(*Diapalmae.*)

| | |
|---|---|
| ℞. Oxydi Plumbi Semivitrificati subtiliter pulverati, | ana libras tres. |
| Olei Olivarum, | |
| Axungiae Suillae. . . . . . . . | |

Coque cum Aquae sufficienti quantitate, spathulâ ligneâ continenter movendo, donec digitis non adhaereat. Adde

Cerae Albae uncias novem,

Resinae Communis uncias sex.

Coque iterum ad Emplastri spissitatem.

## Emplastrum oxydi plumbi diabotanum.

(*Resolutivum.*)

℞. Oxydi Plumbi Semivitrificati pulverati libras duas,
Olei Olivarum libras quatuor,
Aceti optimi Q. S.

Coque in Emplastri spissitudinem. Sub finem admisce sequentia simul permixta et aliquantulum liquefacta, scilicet

Inspissamenti Cicutae, . . . . . . . . } ana uncias
Chelidonii Majoris } duas,
Cucumer. Agrest. unciam unam,
Extracti Radicis Helenii, . . . . . } ana unciam
Valerianae. . . . } semis.

Iterum coque per aliquot momenta. Postea adde sequentia prius liquata et colata:

Cerae Citrinae, . . . . . . }
Picis Nigrae, } ana libram semis,
Terebinthinae. . . . . . . . }
Styracis Liquidae uncias tres.

Massae fermè refrigeratae insperge

Pulveris Gummi Ammoniaci, } ana uncias tres,
Galbani. . . }
Thuris uncias duas,

Pulveris Mastiches, . . . .
Tacamahacae. . . } ana unciam unam,
Fructuum Lauri, . . . .
Radicis Ireos,
Hellebor. Nigr.
Seminum Cumini. . . . . } ana drachmas sex,
Olei Olivarum Empyreumatici uncias tres,
Camphorae in Oleo solutae unciam semis.

N. B. Si singulis Emplastri libris addideris Hydrargyri in Terebinthinae uncia una et semis exstincti uncias tres, habebis Emplastrum oxydi plumbi diabotanum cum hydrargyro, quod *in singulis unciis continet* Hydrargyri *drachmam unam et semis.*

## Emplastrum collae ad herniam.

(*Contra Rupturam de Pelle.*)

℞. Fructuum Myrti contusorum,
Lumbricorum Vino lotorum } ana uncias sex,
Aquae Ferrariae libras octo.

Coque ad dimidias et cola. Tunc sume
Decocti praescripti libras tres,
Olei Olivarum libras duas,
Oxydi Plumbi Semivitrificati pulverati libram unam.

Frigidè in cacabo aeneo ritè agitentur; postea coque ad humiditatis consumptionem et Emplastri mollis consistentiam; tunc adde sequentia prius liquata et colata

Cerae Citrinae libram unam,

Picis Nigrae, . . . . . . . . }
Resinae Communis, } ana uncias novem.
Colophoniae. . . . . . . . . }

Agita et adde sequentia in Aceto soluta et ad mellis consistentiam inspissata

Gummi Galbani, . . . . . } ana uncias quatuor.
Ammoniaci. . . }

Benè permixtis, et Emplastro ab igne semoto et semirefrigerato, paulatim misce sequentia in pulverem redacta, scilicet

Pulveris Myrrhae, . . . }
Thuris, }
Mastiches, } ana uncias quatuor,
Sanguinis Hirci, }
Collae fortis. . . }
Radic. Aristoloch. Long. }
Rotund. }
Consolidae Major. } ana uncias
Minor. } tres,
Gallarum, }
Boli Armenicae. . . . . }

Pulveris Gypsi, ............. } ana uncias
Mumiae. ........... } tres.

Assiduè agitando fiat Emplastrum S. A.

### Emplastrum siliquarum.

℞. Resinae Communis, ... } ana uncias quatuor,
Colophoniae. ....... }
Cerae Citrinae uncias sex.

Liquatis et colatis, admisce

Extracti Siliquarum ad mellis spissitudinem redacti libram unam,
Mellis optimi uncias duas,
Emplastri Oxydi Plumbi Rubri uncias quatuor,
Carbonatis Ferri laevigati drachmas sex,

Fiat Emplastrum S. A.

### Emplastrum siliquarum imperiale.

℞. Emplastri Picis Nigrae Regii, .. } ana uncias
Oxydi Plumbi Rubri, } quatuor,
Collae ad Herniam... }
Resinosi Sulphurati, .. } ana uncias
Siliquarum. ........ } duas,
Oxydi Ferri Rubri unciam semis,
Acetatis Plumbi Crystallisati, . } ana drach-
Camphorae pulveratorum. .... } mas duas,

Emplastris simul igne lento liquatis et adhuc calidis adde caetera pulverata, malaxa et in cylindros serva.

### Emplastrum styracis sthomachicum.

℞. Cerae Citrinae, ........ }
Thuris. ............ } ana libras duas,
Terebinthinae libras tres.
Liqua, cola et adde
Pulveris Styracis, ...... }
Mastiches, } ana uncias tres et semis,
Ladani puri minutim incisi }
Pulveris Benzoini uncias duas et drachmas duas,
Piperis Tabasci uncias quatuor et semis,
Olei Distillati Menthae, }
Absinthii } ana drachmas duas,
Fiat Emplastrum lege artis.

### Emplastrum styracis sthomachicum pharmacop. matritensis.

℞. Cerae Citrinae libras duas et semis,
Terebinthinae libras tres,
Tacamahacae libras duas et semis,

Styracis, . . . . . . . . . . }
Mastiches, } ana uncias quatuor et semis,
Ladani purificati. . . . . }

Benzoini, . . . . . . . . . . . . . . . }
Caryophyllorum, } ana drachmas octodecim,
Nucis Moschatae. . . . . . . . }

Olei Distillati Menthae, }
Absinthii } ana drachmas duas.

Styrax cum mollis sit, Ladano in mortario aeneo calefacto pistetur et misceatur, addendo si opus fuerit, liquamenti Cerae pauxillum, ut massa tenuissima fieri possit, pistillo fortiter contundendo; postea cum Cera et Terebinthina simul liquatis et colatis, misceatur, addendo in finem caetera pulverata et Olea Distillata: post semirefrigeratum Emplastrum optimè malaxa et in cylindros papyro involutos ad usum serva.

### Emplastrum picis nigrae regium.

(*Contra Rupturam.*)

℞. Picis Nigrae libram unam et semis,
Cerae Citrinae, . . . . . . . }
Terebinthinae. . . . . . . . . } ana uncias octo,
Ladani purificati uncias duas.

Liquatis, adde
Hypocistidos in decocto Fructuum Cupressi soluti et inspissati unciam unam.
Ab igne semotis, insperge
Pulveris Mastiches, . . . . . . .
Radicis Consolidae Majoris. . . . } ana drachmas duas et semis,
Fructuum Cupressi unciam unam,
Boli Armenicae, . . . . . . . . . . .
Lapidis Haematites laevigatorum. . . . . . . . . . . . . . . . . } ana semunciam.
Misce exactè et fiat Emplastrum S. A.

## Emplastrum resinarum glutinans.

(*Andreae à Cruce.*)

℞. Resinae Communis uncias sexdecim,
Elemi uncias quinque,
Terebinthinae, . . . . . . .
Olei Olivarum. . . . . . . . } ana uncias duas,
Cerae Albae unciam unam.
Liqua, cola et fiat Emplastrum.

## Emplastrum assaefoetidae matricale.

℞. Terebinthinae uncias duas,

Cerae Citrinae uncias octo.

Leni igne liquatis et colatis, adde

Galbani in Aceto soluti et ad Extracti mollis densitatem cocti uncias tres.

Agita spathulâ ligneâ ad perfectam mixtionem, et semirefrigeratis, adde sequentia in pulverem redacta, scilicet

Thuris, . . . . . . . . . . .
Assaefoetidae. . . . . . . } ana unciam unam,
Myrrhae unciam semis,
Anime drachmas sex,
Castorei, . . . . . . . . . .
Seminis Cumini. . . . . . } ana drachmas tres.

Misce, fortiter agitando, et sub finem adde

Olei Succini drachmas duas.

### Emplastrum galbani simplex.

℞. Terebinthinae uncias quinque,
Cerae Citrinae uncias octo.

Liquatis et colatis, adde

Galbani in Aceto soluti et inspissati libram unam.

Fiat ex Arte Emplastrum.

### Emplastrum galbani crocatum.

℞. Galbani Aceto soluti et inspissati uncias sex,
Emplastri Meliloti Compositi, . . } ana uncias
Oxydi Plumbi Mucilag. } quatuor,
Cerae Citrinae uncias duas,
Terebinthinae unciam unam,
Pulveris Croci drachmas sex.

Emplastris, Terebinthinae et Cerae simul liquatis adde Galbanum et Crocum. Materiem agita post semirefrigerationem; forma cylindros et serva ad usum.

### Emplastrum spermatis ceti.

℞. Cerae Albae uncias quatuor,
Spermatis Ceti, . . . . . . . }
Emplastri Oxydi Plumbi } ana uncias duas,
Mucilaginei. . . . . . . . . }
Olei Amygdalarum Dulcium unciam semis.

Liqua, cola et fiat Emplastrum S. A.

### Emplastrum meliloti simplex.

℞. Summitatum floridarum Meliloti recentium

libras quatuor.

Incisas et contusas immite in
Sebi Hircini liquefacti libras quinque.

Coque leni igne ad totius ferè humiditatis exhalationem. Cola et exprime; tunc adde
Resinae Communis libras octo,
Cerae Citrinae libras quatuor.

Fiat Emplastrum S. A.

## Emplastrum meliloti compositum.

℞. Emplastri Meliloti Simplicis libras tres,
Terebinthinae uncias sex.

Igne lento liquescant et adde
Pulveris Flor. Chamomillae, } ana uncias tres,
Meliloti. . . . . . . }
Radicis Ireos, . . . } ana unciam unam,
Althaeae }
Pulveris Croci unciam semis,
Gummi Ammoniaci, } ana uncias duas,
Bdellii. . . . }
Seminis Foenigraeci unciam unam.

Fiat Emplastrum S. A.

## EMPLASTRUM CANTHARIDUM.

(*Epiſpaſticum, ſeu Veſicatorium.*)

℞. Cerae Citrinae, . . . . . . .
Colophoniae, } ana uncias duas,
Terebinthinae. . . . . . . . . .
Olei Euphorbii unciam unam.
Igne liquatis, adde
Pulveris Cantharidum uncias tres.
Fiat Emplastrum S. A.

## EMPLASTRUM GALBANI ROBORANS.

(*Scutum pro umbilico.*)

℞. Assaefoetidae, . . . . . . .
Galbani. . . . . . . . . . . } ana drachmas duas.

Cum ſufficienti quantitate Tincturae Alkoholicae Caſtorei miſceantur et in alutam extendantur, ut fiat Scutum orbiculare.

Extemporaneè fieri debet.

## TELA EMPLASTRICA EPULOTICA.

(*Sparadrapus Pallidus.*)

℞. Emplaſtri Oxydi Plumbi Epulotici libras duas,

Cerae Citrinae libram semis.

Igne lento liquatis, immerge lintea, quae distracta, refrigerata et cultello corrasa, supra porphyritem pistillo vitreo expolies.

### Tela ichthyocollae glutinans.

(Vulgò *Tafetan de Inglaterra.*)

℞. Ichthyocollae minutim sectae uncias duas.

Digere per viginti quatuor horas in Aquae libris duabus et semis. Coque, ut dissolvatur, et cola per linteum cum expressione. Vapora ad mellis consistentiam. Tunc illâ satis adhuc calenti telam sericeam rarioris texturae, probè tensam, penicillo obducito. Ichthyocollâ leni igne exsiccatâ operationem saepius repete. Postremò Tincturâ Balsami Tolutani Alkohole Vini extractâ eamdem telam bis inunge, eamque post perfectam in aëre exsiccationem in cylindros convolutam serva.

# CAPUT XXVI.

## *CATAPLASMATA.*

### Cataplasma micae panis anodinum.

℞. Micae Panis albi uncias sex,
Lactis uncias sexdecim.

Coque igne lento ad pulmenti spissitudinem. Ab igne semotis, admisce
Vitellos Ovorum quatuor,
Pulveris Croci drachmam unam.

Habebis Cataplasmatis libras duas.

### Cataplasma crustae panis acetosum.

℞. Crustae Panis torrefacti uncias quatuor.

Macera in Aceto optimo ad mollitiem. Pinsito in mortario lapideo. Adde
Pulveris Mastiches, . . . . . . . }
Menthae, } ana drachmas duas,
Fructuum Cupressi, }
Restrictivi. . . . . . . . }
Olei Rosati uncias tres.

His admisce sufficientem farinae Hordei quantitatem ut fiat Cataplasma.

## Cataplasma fermenti panis theriacale.

(*Ad singultum.*)

℞. Fermenti Panis acerrimi uncias tres,
Electuarii Theriacalis Magni unciam semis,
Pulveris Fructuum Juniperi, .
Rosarum Rubrarum,
Foliorum Menthae. . } ana drachmas duas,
Caryophyllorum, . .
Nucis Moschatae,
Macis. . . . . . . . . . } ana drachmam unam.
Cum S. Q. Aceti Rosarum fiat Cataplasma.

## Cataplasma farinae hordei.

(*Farinaceum.*)

℞. Farinae Hordei libras duas,
Oxymellis Simplicis libras tres,
Pulveris Boli Armenicae uncias quatuor.
Misce et igne lento calefiant, spathulâ frequenter agitando.

## Cataplasma althaeae emolliens.

℞. Radicis Althaeae incisae uncias decem.

Coque in Aquae Q. S. ad mollitiem. Adde Foliorum Malvarum uncias quatuor.

Bulliant iterum ad humiditatis ferè consumptionem. Contunde et pulpae per setaceum equinum trajectae admisce
Axungiae Suillae uncias duas,
Vitellos Ovorum duos.

Habebis Cataplasmatis libras duas.

## Cataplasma nidi hirundinis.

℞. Nidi Hirundinis ritè pulverati uncias quatuor,
Radicis Althaeae, . . . . . . . . . . }
Foliorum recentium Malvarum, } ana uncias tres,
Ebuli. . . . }

Coque in Aquae libris quatuor ad humiditatis ferè consumptionem. Contunde et per cribrum equinum pulpam trajice, sub finem addendo
Farinae Seminis Lini, . . . }
Axungiae Suillae. . . . . . . } ana uncias duas,
Pulveris Croci drachmam unam.

Misce ad usum.

### Cataplasma sinapis discutiens.

(*Sinapismus ad plantas pedum.*)

℞. Fermenti acris unciam unam et semis,
Pulveris Seminis Sinapis uncias quatuor,
Muriatis Ammoniaci drachmam unam,
Herbae recentis Rutae contusae unciam semis,
Aceti optimi quantum sufficiat,
Ut ex mixtione omnium fiat pasta mollis.

# CAPUT XXVII.

## *V I N A.*

### Vinum absinthii.

℞. Summitatum Absinthii siccarum et incisarum uncias duas,
Vini Albi optimi libras quatuor.
Infunde per biduum et filtra.
*Dosis ab uncia ad uncias quatuor.*
Ita fiunt Vina ex aliis vegetabilibus.

### Vinum fructuum cupressi compositum.

(*Stypticum.*)

℞. Fructuum Cupressi viridium unciam unam et semis,

Corticis Granatorum,
Foliorum Rorismarini,
Myrti,
Florum Rosarum Rubrarum siccarum,
Balaustiorum, ana unciam semis.

Contusa digere mediocri igne per bihorium in Vini Rubri optimi libris duabus. Cola cum expressione.

### Vinum antimoniale.

(*Emeticum.*)

℞. Vini Albi optimi libram unam,
Tartratis Potassae Antimonialis scrupulum unum.

Dissolve. Ex tempore fieri debet.

*In singulis unciis continet* Tartratis Potassae Antimonialis *grana duo.*

*Dosis interne ad uncias tres.*

### Vinum oxydi antimonii.

(*Emeticum turbidum.*)

℞. Oxydi Antimonii Semivitrificati laevigati uncias tres,
Vini Albi optimi libras duas.

Digere in matracio et serva. Ad ejus vero usum agitari debet, si forte in schedulis turbidum pro clysteribus praescriptum fuerit.

# CAPUT XXVIII.

## *A C E T A.*

### Acetum camphorae antisepticum.

(*Quatuor Latronum.*)

℞. Summitatum siccarum Absinthii, Rorismarini, Salviae, Menthae, Rutae. . . . ana unciam unam et semis,
Florum Lavendulae siccatorum uncias duas,
Alliorum drachmas duas,

Piperis Tabasci unciam unam.

Omnia contusa in Aceti optimi libras octo digere calore solis, vel igne arenae in matracio obturato per duodecim dies. Cola, fortiter exprime et filtra: tunc adde

Camphorae Spiritu Vini solutae semiunciam.

## Acetum cyperi longi aromaticum.

(*Hispalense.*)

℞. Radicis Cyperi Longi libras duas,
Florum Rosarum Rubrarum uncias novem,
Summitatum Rorismarini, } ana unciam unam et semis,
Thymi,
Lavendulae
Seminum Meliloti libram unam et semis,
Piperis Tabasci uncias duas,
Benzoini unciam semis.

Incisa et contusa infunde in Aceti optimi libris decem. Digere, distilla ex retorta vitrea donec liquor stillans empyreumaticum spiret odorem, et vase rite clauso serva.

## Acetum rosarum.

℞. Rosarum Rubrarum exungulatarum et siccarum libram unam,

Aceti Albi optimi libras octo.

Insola in vase leviter obturato per aliquot dies, vel si mavis, in balneo aquoso spatio aliquot horarum: cola sine expressione et adde, ne mucescat, Alkoholis Vini uncias duas.

Simili modo parantur Aceta

*Ex Herbis*,
*Floribus*,
*Summitatibus Herbarum*.

## Acetum scyllae.

℞. Squamarum Scyllae recens exsiccatarum et in frustula incisarum libram unam,
Aceti optimi libras sex.

Immissa in vas vitreum obturatum digere leni calore per viginti quatuor horas. Liquorem exprime, à faecibus per subsidentiam separatum decanta et adde Alkoholis Vini uncias tres. Repone in vase vitreo, leviter clauso, per quindecim dies pro conficiendo Oxymelle Scyllitico.

*Dosis à semuncia ad uncias tres.*

## Acetum colchici.

℞. Bulborum recentium Colchici uncias sex,
Aceti Albi optimi libras sex.

Infunde, cola et repone ut in Aceto Scyllae diximus.

Pro Oxymelle Colchico conficiendo praesertim deservit.

# CAPUT XXIX.

## *ALKOHOLIA.*

## (*SPIRITUS ARDENTES DISTIL.*)

### Alkohol helenii compositum.

(*Spiritus Carminativus.*)

℞. Radicis Helenii, ...... }
Carlinae. ..... } ana unciam semis,

Summitatum Rorismarini, }
Majoranae. . } ana uncias quatuor,

Fructuum Lauri, ..... }
Summitatum Foeniculi, }
Seminum Carvi, }
Anisi. ...... } ana unciam unam,

Piperis Tabasci, ..... }
Cinnamomi. ......... } ana unciam semis,

Flavedinis recentis Aurantiorum drachmas tres.

Contusis, affunde Alkoholis Vini Communis libras tres. Digere vase clauso per biduum et distilla balneo aquoso, cavendo ab empyreumate.

*Dosis à drachma ad drachmas tres.*

### Alkohol rorismarini.

(*Aqua Reginae Hungariae.*)

℞. Summitatum floridarum Rorismarini recentium libras decem,
Alkoholis Vini Communis libras viginti.

Macera per dies aliquot et distilla balneo aquoso ad libras decem.

*Dosis interne à scrupulo ad drachmam.*

### Alkohol cochleariae.

(*Spiritus Cochleariae.*)

℞. Cochleariae recentis seu Foliorum Lepidii libram unam,
Alkoholis Vini libras quatuor.

Infunde per viginti quatuor horas et distilla balneo aquoso ad dimidias.

## Alkohol cinnamomi.

℞. Corticis Cinnamomi Manilensis contusi uncias sex,
Vini optimi libras tres.

Fiat maceratio per triduum in vasé bene obturato et distilla ad libram unam, quam ad usum in vase obturato serva.

*Dosis ad drachmas duas.*

## Alkohol melissae compositum.

(*Aqua Carmelitana.*)

℞. Foliorum Melissae recentium uncias octo,
Flavedinis recentis Limonum, . . } ana uncias
Aurantiorum } duas,
Nucis Moschatae, . . . . . } ana unciam unam,
Seminis Coriandri. . . . . }
Cinnamomi unciam semis.

Incisa et contusa macera per viginti horas in Alkoholis Vini Communis libris quatuor et distilla balneo aquoso ad dimidias.

*Dosis à scrupulo ad drachmam.*

## Alkohol salviae vulnerarium.

(*Aqua Vulneraria Spirituosa.*)

| | | |
|---|---|---|
| ℞ Foliorum Betonicae, . . . . | | ana libram unam, |
| | Agrimoniae, | |
| | Artemisiae. . . . | |
| Foliorum et Summitatum Salviae | | ana uncias octo, |
| | Hyperici, | |
| | Tanaceti, | |
| | Absinthii, | |
| | Menthae. . . | |
| | Scordii, . . . | ana uncias quatuor. |
| | Majoranae, | |
| | Rorismarini | |
| | Lavendulae | |

Concide et digere per quatriduum loco calido in Vini Albi libris triginta duabus. Distilla balneo aquoso ad dimidias.

## Alkohol corticum aurantiorum.

℞ Flavedinis recentis Aurantiorum libras tres,
Vini optimi libras sex.

Digere per triduum et distilla ad libras duas S. A.

*Dosis ad drachmas duas.*

Sic distillatur

*Alkohol Corticum Citrei et similium.*

### Alkohol vini commune.

(*Aqua Vitae Rectificata.*)

℞. Vini optimi quantum volueris.

Distilla ex alembico, donec prodiens liquor attactu flammae non accendatur. Distillatum liquorem rectifica, excipulum aliquoties renovando. Liquores elicitos tali inter se proportione misce, ut Alkoholis et phlegmatis partes aequales contineat.

### Alkohol vini.

(*Spiritus Vini Rectificatissimus.*)

℞. Alkoholis Vini Communis libras decem.

Distilla balneo aquoso, quousque vas Aquae Distillatae unciam continens, liquoris eliciti drachmas sex et grana quinquaginta tria, nec amplius, capiat.

### Alkohol vini camphoratum.

(*Aqua Vitae Rectificata Camphorata.*)

℞. Alkoholis Vini libram unam,

Camphorae unciam semis.
Dissolve.

## Alkohol camphorae saponaceum

(*Linimentum Saponaceum.*)

℞. Alkoholis Vini libram unam,
Saponis Albi uncias duas,
Camphorae drachmas sex.
Solve S. A. et serva ad usum.

## Alkohol sulphuricum.

(*Spiritus Vitrioli Dulcis.*)

℞. Acidi Sulphurici uncias quatuor,
Alkoholis Vini uncias duodecim.

Instilla Acidum Alkoholi in matracio, et relinque in digestione vase cooperto per octiduum identidem agitando.

*Dosis à guttis octo ad scrupulum.*

## Alkohol sulphuricum aethereum.

(*Liquor Anodynus Mineralis.*)

℞. Alkoholis Vini unciam unam,
Ætheris Sulphurici uncias quatuor. Misce.

*Dosis à scrupulo ad drachmam.*

## ALKOHOL MURIATICUM AETHEREUM.

(*Spiritus Salis dulcis.*)

℞. Acidi Muriatici libram unam,
Alkoholis Vini libras duas.

Digere in retorta vitrea et distilla balneo arenae ferè ad siccitatem. Liquorem iterata ad siccitatem distillatione serva.

*Dosis à guttis decem ad scrupulum.*

## ALKOHOL NITRICUM AETHEREUM.

(*Spiritus Nitri dulcis.*)

℞. Acidi Nitrici libram unam,
Alkoholis Vini libras duas.

Procede in distillatione ut supra.

*Dosis à semiscrupulo ad scrupulum.*

---

## ÆTHER SULPHURICUS.

℞. Alkoholis Vini libras sex,
Acidi Sulphurici libras septem.

Instilla paulatim Acidum supra Alkoholem in retorta vitrea exceptum, mixturam

per intervalla agitando. Retortam tubulatam in balneo arenae prius calefacto colloca. Receptaculum admove, et mediocri igne distilla liquoris uncias circiter tres: quibus semotis, apta aliud receptaculum amplum, foraminulo exactè obturato supernè pertusum, et linteo madefacto saepius renovando coopertum, seu potius duo excipula, primum cum altero posteriùs communicans, commissuris Micâ Panis cum Aqua subactâ rite clausis. Distilla ebullientem liquorem, donec in utrumque excipulum triginta, aut triginta duae unciae transierint; quod eveniet, antequam vapores sulphurei percipi incipiant ex foraminulo, quem identidem inter distillandum reserabis, ut *gases* avolent, qui Ætheris condensationem impedirent. Vasis refrigeratis liquori distillato, et ab aquâ acidulâ per infundibulum separato adde Calcis pridie Aquae ope in pulverem exstinctae unciam semis; et ex retortâ lampadis igne, seu lenissimo calore in receptaculum amplum, juncturis obseratis, distilla octodecim, vel viginti Ætheris siccissimi uncias.

*Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.*

N. B. Si residuo primae distillationis post

refrigerationem, Alkoholis purissimi libras sex per syphonem retortae addideris et distillationem, ut antea prosequeris, libram unam Ætheris Sulphurici et libras duas Alkoholis Sulphurici Ætherei Hoffmani per rectificationem obtinebis.

## Æther aceticus.

℞. Acetatis Plumbi exsiccati uncias sexdecim,
Acidi Sulphurici uncias sex,
Alkoholis Vini uncias decem.

Mitte Acetatem Plumbi in retortam vitream tubulatam, quam in balneo arenae collocabis, aptans illius collo recipientem tubulatum quòcum alius communicabit, et juncturas claude Micâ Panis Aqua subactâ: Sali adde Acidum Sulphuricum per tubum retortae, deinde Alkoholem; tuncque moderato igne ad distillationem perge, cum Aquâ recipientes frigefaciendo quoad liquidi decem uncias obtinueris: hoc misce cum semiuncia Potassae Purae solutae in duabus vel tribus unciis Aquae. Distilla rursus leni igne usquedum septem, aut octo unciae Ætheris Acetici eveniant.

# CAPUT XXX.

## *TINCTURAE.*

### TINCTURA ALKOHOLICA ALOES COMPOSITA.

(*Elixir Proprietatis.*)

℞. Aloes optimae, ....... } ana unciam unam,
Myrrhae. ........... }
Croci minutim incisi unciam semis,
Alkoholis Vini libram unam et semis.

Digere per octiduum in vase vitreo ritè obturato, identidem vas agitando. Tincturam filtra.

*Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.*

### TINCTURA ELASTICA.

Vide *PRAEPARATA EX FERRO.*

### TINCTURA VINOSA FERRI TARTARISATA.

℞. Limaturae Ferri nitidae uncias octo,
Tartari uncias sexdecim,
Aquae libras sexdecim.

Coque in vase ferreo, assiduè spathulâ agitando per horas duodecim et addendo Aquae ferventis quod sufficiat. Tunc liquorem decanta, filtra et in vase fictili vitreato ad Extracti mollioris spissitudinem vapora. Tunc sume

Hujus massae salinae uncias tres,
Vini Albi libram unam,
Alkoholis Vini Communis unciam semis.

Digere per octiduum et filtra.

*Dosis à drachma ad drachmas duas.*

## Tinctura alkohol-sulphurica gentianae composita.

(*Elixir Vitrioli Dulcis.*)

℞. Cinnamomi Manilensis, . . . . . . } ana unciam
Flavedinis Aurantiorum siccatae } unam,
Radicis Gentianae uncias duas,
Pulveratis, adde
Alkoholis Sulphurici libram unam.

Digere per quatriduum et filtra.

*Dosis à guttis octo ad scrupulum.*

## Tinctura aquosa laccae.

℞. Laccae purae tritae unciam unam,
Sulphatis Aluminae unciam semis,
Aquae Rosarum libras duas.

Digere in vase vitreo et liquorem, ubi rubicundissimus apparebit, filtra.

## Tinctura alkoholica laccae.

(*Laccae Spirituosa.*)

℞. Laccae purae tritae unciam unam,
Sulphatis Aluminae in Aqua soluti drachmam unam et semis,
Alkoholis Cochleariae, aut Lepidii uncias octo.

Digere in vase circulatorio. Tincturam saturatè rubentem filtra.

## Tinctura alkoholica opii.

(*Paregorica.*)

℞. Opii secti uncias duas,
Croci minutim incisi unciam semis,
Cinnamomi Manilensis contusi drachmas duas,

| | | |
|---|---|---|
| Alkoholis Vini Communis, | } | ana uncias duodecim. |
| Aquae. . . . . . . . . . . . . . . | | |

Digere per octiduum et filtra.

*Dosis ad scrupulum.*

*In singulis scrupulis continet* Opii *grana duo.*

### Tinctura vinosa opii Sydenhami.

(*Laudanum Liquidum.*)

℞. Opii electi incisi, aut contusi uncias duas,
Croci unciam unam,

| | | |
|---|---|---|
| Cinnamomi, . . . . . . . . . . . | } | ana drachmam unam. |
| Caryophyllorum Aromaticorum. . . . . . . . . . . . . . . . | | |

Omnia contusa mitte in matracium vitreum et digere per mensem in Vini Albi optimi libra una et semis, dein cola et vase diligenter obturato serva.

*Dosis à guttis sex ad scrupulum.*

### Tinctura aquosa rhabarbari.

Vide *DECOCTIONES.*

## TINCTURA ALKOHOLICA OPII SAPONACEA.

(*Balsamum Anodynum.*)

℞. Saponis Albi unciam unam,
Opii unciam semis,
Camphorae drachmas sex,
Croci drachmam unam.

Incisa digere vase clauso per octiduum in Alkoholis Vini Communis sesquilibrâ et cola.

*In singulis unciis continet* Opii *grana sexdecim.*

## TINCTURA CORTICUM AURANTIORUM COMPOSITA.

(*Elixir Stomachicum.*)

℞. Flavedinis Aurantiorum, . } ana unciam unam
Quinae. . . . . . . . . . . . . } et semis,
Summitatum Absinthii, . }
Florum Chamomillae, } ana unciam unam,
Piperis Tabasci. . . . . . . }
Coccinellae drachmam semis.

Tere et in Aquae libra una et semis, Alkoholisque Vini Communis unciis quatuor digere per triduum et filtra.

*Dosis à semidrachma ad drachmam.*

### Tinctura alkoholica succini.

℞. Succini Flavi subtilissimè pulver. uncias duas,
Alkoholis Vini uncias duodecim.

Digere in vase vitreo optimè clauso, donec Tinctura extrahatur. Filtra.

*Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.*

Simili modo fit Tinctura
*Castorei*,
*Myrrhae*,
*Assaefoetidae*,
*Benzoini*,
*Ligni Aloes*,
*Kermes*,
*Aloes et similium.*

### Tinctura vinosa opii anticolica.

(*Anticolica ex Palacios.*)

℞. Opii secti uncias duas,
Radicis Zedoariae unciam unam,
Carlinae, . . . . . } ana unciam semis,
Galangae. . . . . }
Acori Veri, . . . . . . . . } ana drachmas duas,
Flavedinis Aurantiorum, }
Citrei, siccorum. . . . }

| | |
|---|---|
| Seminis Anisi, . . . . . . . . . . . .<br>Carvi,<br>Florum Chamomillae. . . . . . . . . | ana drachmas duas. |
| Caryophyllorum Aromaticorum,<br>Fructuum Lauri,<br>Juniperi. . . . . . . . . . . | ana semidrachm. |

Macis drachmam unam.

Contusa macerentur in matracio vitreo per dies octo in Vini Albi optimi libris tribus; postea filtra et serva.

*Dosis ad scrupulos duos.*

### Tinctura radicis pyrethri odontalgica.

℞. Radicis Pyrethri drachmas sex,
Scobis Ligni Guajaci uncias duas,
Sassafras unciam unam,
Foliorum Nicotianae drachmas tres,

| | |
|---|---|
| Summitatum Thymi, . .<br>Origani. . | ana drachmas duas, |

Caryophyllorum Aromaticorum drachmam unam,

| | |
|---|---|
| Camphorae, . . . . . . . .<br>Opii. . . . . . . . . . . . . . | ana semidrachmam. |

Incisa et contusa macerentur per duodecim dies in Alkoholis Vini Communis libris

tribus; postea cola et usui serva.

*Usus externus.*

## TINCTURA ALKOHOLICA CANTHARIDUM.

℞. Pulveris Cantharidum unciam semis,
Coccinellae drachmam unam,
Alkoholis Vini libras tres.

Digere per dies octo continuè agitando; dein adde

Ambrae Gryseae drachmam semis,
Alkoholis Cinnamomi uncias tres.

Digestio continuetur per dies tres et filtretur ad usum.

*Usus externus.*

## TINCTURA ALKOHOLICA HYPERICI VULNERARIA.

(*Balsamum Catholicum.*)

℞. Florum Hyperici seminibus onustorum et siccorum,
Radicis Acori, contusorum . . . } ana unciam semis,
Alkoholis Vini Communis libras tres.

Digere loco calido in vase clauso per aliquot dies, identidem agitando. Tunc adde sequentia trita:

Benzoini uncias tres,

Styracis, . . . . . . . . . . . . } ana uncias duas,
Balsami Tolutani. . . . . . . }

Gummi Myrrhae unciam semis.

Digere iterum et cola.

*Usus plerumque externus.*

*Dosis interne à guttis sex ad scrupulum semis.*

### Tinctura alkoholica quinae composita.

(*Alexipharmaca Huxham.*)

℞. Quinae Loxae pulveratae uncias duas,
Flavedinis Aurantiorum semiunciam,
Radicis Serpentariae Virginianae drach. tres,
Croci scrupulos quatuor,
Coccinellae scrupulos duos.

Contusa macerentur vase clauso per dies quatuor in Alkoholis Vini Communis unciis sexdecim; postea filtra et serva ad usum.

*Dosis ad semunciam.*

### Tinctura vinosa extracti absinthii composita.

(*Elixir Bals. Temp. Hoffm.*)

℞. Extractorum Absinthii, . . . . . } ana unciam
Cardui Benedicti. . } unam,

Extractorum Centaurii Minoris, } ana unciam
Radicis Gentianae } unam,
Flavedinis Aurantiorum uncias quatuor,
Vini optimi libras duas,
Alkoholis Corticum Aurantiorum uncias duas.

Digerantur per dies tres, materiem agitando ad solutionem Extractorum; postea filtra et serva.

*Dosis à drachma una ad drachmas duas.*

## Tinctura alkoholica myrrhae uterina.

(*Essentia Antihisterica.*)

℞. Myrrhae electae, ........ }
Assaefoetidae, } ana drachmam
Croci, } unam et semis,
Castorei. ............ }
Camphorae drachmam unam,
Carbonatis Ammoniaci Crystallisati drachmas duas,
Olei Distillati Succini drachmam semis,
Alkoholis Vini uncias octo.

Fiat omnium Tinctura S. A. quam filtra et usui serva in vase ritè clauso.

(*Dosis à guttis duodecim ad viginti.*)

### Tinct. alkoholica cortic. aurantior. Whit.

(*Roborans Whit.*)

℞. Flavedinis Aurantiorum uncias quatuor,
Quinae Loxae uncias duas,
Radicis Gentianae unciam unam.

Contusa macerentur per horas vigintiquatuor in Alkoholis Vini libris duabus; postea filtra et serva ad usum.

*Doſis ad drachmas duas, vel quatuor.*

### Tinctura alkoholica picis graecae compos.

(*Balsamum de Salazar.*)

℞. Picis Graecae unciam semis,
Thuris optimi, . . . . . . .
Mastiches, } ana unciam unam.
Aloes Succotrinae. . . . .

Contusa digerantur matracio vitreo satis amplo, optimè clauso per dies viginti in Alkoholis Vini libris quinque; postea filtra et serva.

*Usus externus.*

# CAPUT XXXI.

## *AQUAE.*

### Aqua corticum citrei.

℞. Flavedinis Citrei, seu Limonis libram unam,
Aquae libras sex.

Macera per biduum et distilla ad libras tres.

Eodem modo distillatur Aqua
*Corticum Aurantiorum.*

### Aqua rosarum.

℞. Petalorum recentium Rosae Pallidae libras sexdecim,
Aquae libras quadraginta.

Macera per biduum, aut quousque fermentescere incipiat et distilla ad libras viginti. Adde Alkoholis Vini unciam unam.

Pari ratione distillantur Aquae
*Florum Aurantiorum,*
*Sambuci et similium.*

## Aqua cinnamomi lacticinosa.

℞. Cinnamomi crassiusculè triti uncias octo,
Aquae libras tres,
Alkoholis Vini uncias tres.

Digere in vase vitreo rite clauso per viginti quatuor horas. Adde Aquae libram unam. Distilla libras tres.

*Dosis à drachma ad semunciam.*

## Aqua corticum citrei lacticinosa.

(*Essentialis.*)

℞. Flavedinis recentis Citrei, seu Limonis libras tres,
Aquae libras sex,
Alkoholis Vini uncias quatuor.

Digere per biduum et distilla balneo aquoso ad libras tres.

Ita distillatur Aqua Lacticinosa
*Corticum Aurantiorum,*
*Seminum Anisi,*
*Foeniculi et similium.*

## Aqua acidi carbonici.

℞. Phialam vitream libris sex Aquae Distillatae repletam. Manu orificium comprime, inverte et apparatui hydro-pneumatico subjice. Tunc Acido Carbonico è Creta Alba, seu ex Marmore per Acidum Sulphuricum Aquosum extracto, praedictae phialae cavitatem imple ad duas tertias partes, depulsâ interea tantidem Aquae mensurâ, seu libris quatuor, ut gas ejus locum repleat. Remove dein et agita donec Aqua Acidum Carbonicum absorbeat. Postea mitte Aquam phialae in aliud excipulum vitreum (trium Aquae librarum capax) gase acido carbonico repletum; agita ut permisceantur et in vase idoneo ritè obturato in frigido loco serva.

## Aqua acidi carbonici camphorata.

℞. Aquae Acidi Carbonici libras duas,
Camphorae tritae grana sex.

Agita par intervalla ad Camphorae solutionem et serva ut in Aqua praecedenti praescribitur.

## Aqua carbonatis potassae acidula.

(*Lithontriptica.*)

℞. Carbonatis Potassae neutri drachmas tres.

Immitte in Aquae Acidi Carbonici libras duas et agita ad solutionem.

## Aqua sulphatis ferri et magnesiae antimonialis.

(*Ex Bañares.*)

℞. Sulphatis Magnesiae drachmas tres,
Tartratis Potassae Antimonialis gr. unum,
Sulphatis Ferri grana sex,
Tartratis Potassae et Sodae scrupulum semis,
Aquae libras quatuor.

Solve et filtra S. A. Extemporaliter fieri debet.

*Dosis semilibra.*

## Aqua succorum vegetabilium vulneraria.

(*Pontificalis.*)

℞. Succi Betonicae, . . } singulorum uncias sex,
Millefolii. . . }

| | |
|---|---|
| Succi Origani, . . . . <br> Pimpinellae, <br> Sempervivi, <br> Saniculae, <br> Verbenae. . . . | singulorum uncias sex, |

Mari Cortusi uncias tres,

| | |
|---|---|
| Carbonatis Potassae Tartari, <br> Salis Communis. . . . . . . . . . . | ana unc. sex, |

Tartratis aciduli Potassae uncias quatuor,
Aloes Succotrinae unciam unam,
Aceti Distillati libram unam.

In Aceto solve Aloem, in Succo Betonicae Salem Communem, in Succis Millefolii et Verbenae Carbonatem Potassae et in Pimpinellae Succo Tartratem acidulum dilue. Tunc misceantur omnia in retorta vitrea, suoque cum receptaculo, commissuris clausis, digere per dies tres, dein distilla ad siccitatem. Liquor elicitus cum residuo prius pulverato dilue, iterumque distilla. Id ubi ter perageris, liquorem distillatum tantisper empyreumaticum in vase vitreo servabis ad usum.

### Aqua sulphatis aluminae.

(*Aluminosa.*)

℞. Aquae Rosarum libram unam et semis,
Sulphatis Aluminae drachmam unam.
Dissolve. Extemporaliter fieri debet.

### Aqua cupri ammoniacalis.

(*Caelestis.*)

℞. Aquae Distillatae libram unam,
Muriatis Ammoniaci, . . . . . } ana drach-
Carbonatis Potassae Tartari } mam unam.
Solve et in pelvi aenea relinque, donec colorem caeruleum acquisierit. Filtra et vase vitreo rite obturato serva.

### Aqua muriatico mercurialis rubra.

(*Phagedaenica.*)

℞. Múriatis Oxygenati Hydrargyri Sublimati scrupulum unum,
Carbonatis Potassae Tartari drachm. unam,
Aquae Distillatae libram unam.
Tere in mortario vitreo et sensim affunde Aquam. Extemporaliter fierit debet.

### Aqua sulphatis zinci aluminosa.

(*Styptica.*)

℞. Sulphatis Zinci, . . . . . } ana unciam semis,
Aluminae. . . }
Aquae Rosarum libram unam.

Dissolve et filtra. Extemporaliter fieri debet.

### Aqua acetatis plumbi.

(*Vegeto-mineralis.*)

℞. Acetatis Plumbi liquidi drachmam unam,
Alkoholis Vini drachmas duas,
Aquae Distillatae libram unam.

### Aqua calcis.

℞. Calcis recentis libram unam.
Sensim affunde
Aquae libras duodecim.

Post ebullitionem completam et debitam subsidentiam liquorem decanta et vase vitreo diligentissimè obturato serva, renovandum, simulac inefficax deprehendatur.

# CAPUT XXXII.

## *MIXTURAE.*

### Mixtura opii astringens Sylvii.

(*Ad Vomitum Sanguinis.*)

℞. Aquae Distillatae uncias duas et semis,
Aceti Distillati unciam semis,
Opii puri pulverati grana duo.
Dissolve et adde
Corallii Rubri laevigati drachmam semis,
Pulveris Catechu scrupulum semis,
Syrupi Simplicis unciam unam.
*Dosis uncia semis per intervalla iteranda.*
*In singulis unciis continet* Opii *granum semis.*

### Mixtura carbonatis potassae absinthii.

(*Antiemetica.*)

℞. Aquae unciam unam,
Lacticinosae Cinnamomi drachmam unam,
Carbonatis Potassae Absinthii drachm. semis,
Succi Limonum recentis drachmas sex.

Misce et sumat Æger vigente adhuc Mixturae effervescentia.

*Pro unica Dosi.*

## Mixtura resinae copaybae D. Fuller.

(*Mixtura Balsamica.*)

℞. Resinae Copaybae unciam semis,
Vitellorum Ovorum duo,
Vini Albi optimi uncias octo,
Syrupi Simplicis uncias duas.

Resina cum Vitellis Ovorum in mortario diu agitetur Vinum paulatim instillando; postea adde Syrupum, ut fiat optima mixtura, Emulsionis instar; cola et serva.

*Dosis ad uncias duas.*

## Mixtura moschata.

(*Julapium Moschatum.*)

℞. Florum Naphae, ........ } ana scrupulum unum.
Caryophyllorum Aromatic. }
Croci minutim incisi. ..... }

Infunde per horam in Aquae libra una. Colaturae adde

Moschi, et Ambrea Gryseae cum Carbonatis

Ammoniaci Cornû Cervi grano uno simul tritorum ana grana duo,
Confectionis Santalorum Cordialis drachmas duas,
Syrupi Simplicis unciam unam et semis.
*Dosis unciae tres per intervalla iterandae.*

### Mixtura camphorata.

(*Julapium Camphoratum.*)

℞. Aquae Melissae uncias sex,
Camphorae grana sex,
Mellis Sambuci unciam unam et semis.
Misce S. A.
*Dosis ab unciis duabus ad tres.*

### Mixtura gummi ammoniaci.

(*Emulsio Brunneri.*)

℞. Gummi Ammoniaci drachmam unam et semis,
Aquae Hyssopi uncias quatuor,
Vini Albi optimi uncias duas.
Subige, dissolve in mortario et cola.
*Dosis pro duobus haustibus.*

## Mixtura carbonatis potassae absinthii sthomachica.

(*Julapium Sthomachicum.*)

℞. Aquae Corticis Citrei, Absinthii, Menthae. . . . } ana uncias quatuor,
Cinnamomi uncias duas,
Carbonatis Potassae Absinthii scrupulos quatuor,
Tincturae Ligni Aloes drachmas duas,
Syrupi Corticum Citrei unciam unam.
Misce S. A.
*Dosis Cochleatim.*

## Mixtura sulphatis ferri gummosa.

℞. Sulphatis Ferri sesquidrachmam,
Gummi Arabici unciam unam,
Aquae bullientis libram.
Disolve et cola.
*Dosis à drachma ad semunciam.*

# CAPUT XXXIII.

## *INJECTIONES.*

Huc Diaclysmata, Collyria liquida, Gargarismata, Colutiones, Clysteres, Errhina liquida et alia hujusmodi subjici debent, quia ratione usûs analoga sunt.

### Injectio sulphatis zinci.

(*Astringens.*)

℞. Aquae Distillatae uncias sex,
Sulphatis Zinci grana sex.
Dissolve ad usum.

### Injectio quinae antiputrida.

℞. Quinae Loxae contusae unciam semis,
Aquae sesquilibram.
Coque ad libram unam. Adde
Myrrhae liquidae drachmam unam.

### Injectio lactis opiata.

(*Anodyna.*)

℞. Lactis recenter emulcti uncias sex,

Syrupi Meconii unciam unam.

Misce ad usum.

*In septem unciis continet* Extracti Opii aquosi *grana circiter duo.*

### INJECTIO MURIATIS HYDRARGYRI CAMPHORATA.

(*Collyrium ex Fernandez.*)

℞. Terebinthinae unciam semis,
Vitellorum Ovorum num. duo,
Muriatis Hydrargyri praecipitati drachmam semis,
Sulphatis Aluminae, . . . . . .
Alkoholis Sulphurici aetherei, } ana drachmam unam,
Camphorae. . . . . . . . . . . . . .
Aquae libras duas.

Omnia misceantur S. A. in mortario vitreo, per linteum cola cum expressione, et inter utendum continuè agitari debet.

### DIACLYSMA RADICIS PYRETHRI ODONTALGIC.

Vide *TINCTURAE.*

## Gargarisma nasturtii compositum.

(*Antiscorbuticum.*)

℞. Radicis Rubiae Tinctorum unciam unam,
Herbarum Nasturtii, . .
Salviae,
Becabungae,
Aquilegiae,
Radicis Pyrethri,
Corticis Winteranei. . . } singulorum drachmas duas,
Aquae Calcis recentis libras duas et semis.

Coque in vase obturato per quadrihorium igne lento; colaturae adde
Alkoholis Cochleariae semiunciam,
Mellis Rosarum uncias quatuor.

## Clyster corticum granatorum.

(*Astringens.*)

℞. Corticum Granatorum contusorum unciam unam.

Coque in Aqua ad libras duas, et cola.

### Clyster amyli anodynus.

℞. Amyli drachmas duas,
Aquae libram unam.

Subige et coque, donec dissolvatur. Refrigerato liquori admisce Vitellos Ovorum duos.

### Clyster foliorum malvarum emolliens.

℞. Decocti Malvarum emollientis uncias decem,
Mellis, . . . . . . . . . . . . . . } ana uncias duas.
Olei Olivarum. . . . . . . . . }

Misce ad usum.

### Clyster vini antimonialis irritans.

℞. Vini Oxydi Antimonii uncias quatuor,
Aquae uncias octo.

Misce ad usum.

*Pro Dosi unica.*

# CAPUT XXXIV.

## *ACIDA.*

### Acidum boracicum.

(*Sal Sedativus Homberg.*)

℞. Boratis Sodae uncias quatuor,
Acidi Sulphurici uncias duas.

Solve Boratem in Aquae libris quatuor et filtra; postea vapora ad tertiae partis consumptionem, et adhuc ferventi adde Acidum paulatim et vapora balneo arenae ad pelliculam; postea ab igne semove, et semirefrigerato liquore, Acidum Boracicum in squamarum forma crystallisatum ab eo per linteum separa, triplo Aquae ponderis ablue, sicca et serva ad usum.

*Dosis ad grana octo.*

### Acidum nitricum.

(*Spiritus Nitri Acidus.*)

℞. Nitratis Potassae purificati et pulverati libras duas,

Acidi Sulphurici libram unam,
Aquae libram semis.

Procede, uti in extractione Acidi Muriatici.

N. B. Acidum Nitricum numquam ferè in officinis nostris conficitur; sed quia Acido Sulphurico et Muriatico à Mercatoribus miscetur et adulteratur, sequenti modo purificari debet;

℞. Acidi Nitrici communis Q. V.

Instilla paulatim Nitratis Argenti liquidi Q. S. donec nulla Muriatis Argenti nebula appareat; postea per decantationem separa; distilla ut supra, et in vase opaco serva.

*Dosis ad guttas octo Aquâ dilutus.*

## Acidi sulphurici communis purificatio.

Acidum Sulphuricum in officinis nostris nunquam conficitur et quia à Mercatoribus nigrum, impurum et Aquâ supersaturatum nobis venditur; tunc sequenti modo dealbatur et concentratur.

℞. Acidi Sulphurici communis Q. V.

Mitte in vas vitreum amplum et in balneo arenae vapora, donec ita diaphanum et concentratum appareat, ut vas eô plenum,

dimidium Aquae pondus vix capiat; post refrigerationem serva ad usum.

## Acidum sulphuricum aquosum.

(*Spiritus Vitrioli Acidus.*)

℞. Aquae Distillatae uncias octo,
Acidi Sulphurici unciam unam.

Mitte Aquam in phialam vitream et instilla Acidum guttatim, continuè movendo, cavendo ne vas calore rumpatur et serva ad usum.

## Acidum muriaticum.

(*Spiritus Salis Communis, seù Marini.*)

℞. Muriatis Sodae pulverati libras duas,
Acidi Sulphurici libram unam,
Aquae Distillatae libram semis.

Sali in retortam vitream tubulatam immisso Acidum paulatim affunde, atque ex balneo arenae in excipulum, in quod Aquam antea immiseris, distilla donec nulli amplius vapores appareant.

*Dosis à guttis quatuor ad decem.*

N. B. Quia apud Mercatores Acidum Muriaticum purum non semper existit, et adul-

teratum nobis aliquando venditur, cautè et non sine nova distillatione usurpari debet.

### Acidum muriaticum oxygenatum ad contagia.

(*Fumigatio Acidi Muriatici Oxygenati.*
Vulgó *ex Morveau.*)

℞. Oxydi Manganesii unciam semis,
Muriatis Sodae uncias duas,
Acidi Sulphurici, . . . . . } ana unciam unam.
Aquae. . . . . . . . . . . . . }

Oxydo et Muriati pulveratis in vase figulino crustâ vitri lactei coloris obducto adde Aquam; postea Acidum injice in cubiculo clauso, ut gas Acidum Muriaticum eliciat.

### Acetum distillatum.

℞. Aceti optimi Q. V.

Distilla in retorta vitrea ex arena, et cessa simulac tres quartae circiter Aceti partes prodierint, seu antequam empyreuma contrahat.

## Acidum aceticum.

(*Acetum Radicale.*)

℞. Acetatis Cupri pulverati libram unam.

Distilla vehementi igne in retorta vitrea ex arena S. A. Liquorem rursus distilla leniori calore ferè ad siccitatem.

## Acidum oxalicum.

℞. Acidi Nitrici libras octo,
Sacchari albissimi pulverati libram unam.

Mitte in vas vitreum amplum loco calido, et Saccharum paulatim superaffunde et digere per dies duos; postea vapora in vase vitreo ad libras duas; repone loco frigido, ut crystalli concrescant; liquorem per decantationem à crystallis separa, rursus vapora et procede ut antea, donec uncias sex, plus minusve, Acidi crystallisati obtinueris. Omnes crystallos Aquâ Distillatâ dissolve et crystallisa S. A.

*Dosis ad scrupulum unum.*

## Acidum benzoicum.

(*Flores Benzoini.*)

℞. Benzoini electi crassiusculè triti Q. V.

Mitte in ollam figulinam capitello tympaniformi aut chartae cono instructam. Sublima igne leni; flores collige et sublimare perge, donec nulli amplius flores ascendant. Tunc eorum uncias duas dissolve in Aquae ferventis libris tribus, filtra et refrigerato liquore, in vase patulo concrescent crystalli, quas exsicca et serva.

*Dosis à granis sex ad semiscrupulum.*

## Acidum succinicum liquidum et crystallisatum.

(*Sal Volatilis et Spiritus Succini.*)

℞. Succini triti libras duas.

Distilla ex retorta fictili, vel vitrea loricata, ignem sensim augendo, donec nihil amplius ascendat. Oleum à Liquore Volatili per chartam bibulam, priùs Aquâ madefactam, ope infundibuli separa et ex Aqua rectifica. Acidum concretum in collo retortae cum du-

plo Aquae Distillatae pondere coque et repone, ut fiant crystalli. Acidum Liquidum etiam per evaporationem crystallisatur.

*Dosis Acidi Liquidi à semiscrupulo ad semidrachmam. Acidi Crystallisati à granis decem ad grana viginti. Olei à guttis quatuor ad guttas octo.*

# CAPUT XXXV.

## *ALCALIA ET TERRAE.*

### Ammoniacum liquidum.

(*Alkali Volatile Fluidum, seù Spiritus Salis Ammoniaci.*)

℞. Muriatis Ammoniaci libram unam,
Calcis pridie cum Aquae pauxillo exstinctae libram unam et semis.

Seorsim pulverata immitte alternatim in retortam vitream, permisce et affunde sensim Aquae libram unam et semis, saepius agitando. Adapta receptaculum amplum, in quod antea immiseris Aquae Distillatae uncias sex, et juncturas claude micâ panis cum Aqua subactâ. Leni igne ex arena, foraminu-

lum rècepṫaculi aliquoties sub initium diſtillationis reſerando, ne vaſa diſrumpantur, diſtilla donec liquoris uncias decem, aut undecim obtinueris. Vaſis refrigeratis, liquorem diſtillatum cautè per infundibulum in phialam vitream anguſtioris colli effunde, quam exactiſſimè obtura.

*Doſis à ſcrupulo ad drachmam.*

### Potassa pura, seu caustica.

(*Lapis Causticus.*)

℞. Calcis recentis libras duas,
Carbonatis Potaſſae Tartari libram unam.

In vaſe fictili paulatim affunde Aquae libras ſexdecim, ſaepius agitando, ut fiat lixivium. Filtra. Colaturam vapora in vaſe vitreo, aut fictili non vitreato ad ſiccitatem. Funde in crucibulo, maſſamque ſupra lapidem calentem effuſam et adhuc lenteſcentem ſeca in fruſtula et in vaſe vitreo diligenter obturato repone.

### Magnesia pura.

(*Calcinata.*)

℞. Carbonatis Magnesiae Q. V.

Igni forti per duas horas in crucibulo impone, et adhuc tepidam vasi ritè obturato committe.

*Dosis à scrupulo ad drachmam.*

Simili modo paratur

*Calx pura.*

# CAPUT XXXVI.

## *SAPONES.*

### Sapo potassae terebinthinaceus.

(*Tartareus Starkei.*)

℞. Terebinthinae Abietis unciam unam.

Liquatae in vase fictili misce Potassae Causticae et liquidae unciam semis, vel Q. S. ut quaevis massae particula in Aqua solvi queat. Agita per intervalla ad Saponis spissitudinem.

*Dosis à granis sex ad scrupulum semis.*

## Sapo sodae medicinalis.

(*Sapo Venetus.*)

℞. Carbonatis Sodae libram unam,
Calcis recentis libras duas,
Aquae libras triginta.

Omnia in vase ferreo coquantur per horas duas, spathulâ continuè agitando; postea filtra per infundibulum amplum prius arenâ lotâ obturatum, vel per ollam fictilem non vitreatam foraminulo inferius instructam, omnem materiem superaffundendo, et sufficientem quantitatem Aquae residuo addendo ad omnis salsedinis extractionem; deinde liquorem vapora ad dimidias, vel quousque turbidus appareat; ab igne semotus quiescat, et per decantationem liquorem à residuo calcareo separatum iterum vapora ad consistentiam Syrupi tenuioris, vel quousque vas unciâ unâ Aquae Distillatae repletum, drachmas novem ponderis hujus lixivii capiat, quod *Lixivium Saponariorum* vocatur; tunc sume
Hujus Lixivii libram unam,
Olei Olivarum optimi libras duas.

Misce in vase ferreo et coquantur igne len-

to, spathulâ continuè materiem agitando, ad Emplastri consistentiam; materiem semirefrigeratam mitte in modulos papyro involutos et serva ad usum. Cognoscitur benè confectum esse, quando in Aqua solvitur sine Olei nota et consistentiam Emplastri refert.

*Dosis ad semidrachmam.*

Simili modo paratur Sapo Potassae addendo Lixivium Potassae, Carbonate Potassae et Calce paratum.

## Sapo ammoniacalis.

℞. Olei cujuscumque plantae per expressionem, aut decoctionem parati uncias quatuor,
Ammoniaci Liquidi semiunciam.

In mortario vitreo agita, donec albedinem et consistentiam Unguenti tenuis adquirat. Extemporaliter fieri debet.

*Usus externus.*

---

## Myrrha liquida.

(*Oleum Myrrhae per deliquium.*)

℞. Ova Q. V.

Coque ad duritiem, per medium transver-

sim seca et vitellos exime. Albuminum cavitates Myrrhâ pulveratâ reple, eorum medietates medietatibus adjunge, filo leviter connecte, et sacculo lineo immissas humido loco appende, ut in subjectum vas Myrrhae dissolutio defluat.

# CAPUT XXXVII.

## *SALIA.*

### Carbonas potassae tartari.

(*Sal Tartari.*)

℞. Tartari crassiusculè triti Q. V.

Corniculis papyraceis include: horum singula utrâque manu apprehende, Aquae immerge, furno accenso stratum super stratum cum carbonibus constituendo immitte, ure ad albedinem, elixa in sufficienti Aquae quantitate, filtra et in vase ferreo ad siccitatem vapora. *Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam in Aqua Distillata.*

N. B. Si unciam Carbonatis Potassae Tartari in semiuncia Aquae Distillatae solveris, Carbonatem Potassae Liquidum (Oleum

Tartari per deliquium ab antiquis vocatum) obtinebis.

## Carbonas potassae absinthii.

℞. Herbae floridae Absinthii mediocriter siccae Q. V.

Combure in aëre libero sensim in cineres albos, quos Aquâ ferventi elixa. Filtra, vapora ad siccitatem, ad albedinem ure et, si opus fuerit, solutionem, filtrationem et evaporationem repete.

Simili modo paratur Carbonas Potassae
*Cardui Benedicti*,
*Centaurii Minoris et similium.*

*Dosis à semiscrupulo ad semidrachmam.*

## Carbonas sodae.

(*Sal Sodae.*)

℞. Sodae libras quatuor.

Solve in Aquae Q. S. ut fiat lixivium: filtra per chartam, vapora in vase ferreo ad siccitatem et serva ad usum.

## Carbonas ammoniaci crystallisatus.

(*Sal Volatilis Ammoniaci*, *seù Alkali Volatile Concretum.*)

℞. Muriatis Ammoniaci libram unam,
Marmoris, aut Cretae Albae libras quatuor.

Mitte in retortam vitream cum recipienti amplo, juncturisque obturatis, balneo arenae distilla; salem in collum retortae et recipientis crystallisatum collige, in phialâ iterum sublima balneo arenae et serva ad usum in vase obturato.

*Dosis ad semiscrupulum.*

## Carbonas ammoniaci C. C. crystallisatus.

(*Sal Volatilis Cornû Cervi.*)

℞. Cornû Cervi in frustula dissecti Q. V.

Imple retortam vitream loricatam aut fictilem non vitreatam, et excipulo amplo aptato distilla calore gradatim aucto Ascendent succesivè Liquor, Sal et Oleum. Haec omnia inde in matracium et apposito capitello leni igne Salem sublima. Postea cum duplo Cretae Albae pulveratae pondere rursus sublima,

donec candidum obtineas. Liquorem, seu Carbonatem Ammoniacalem Cornû Cervi Liquidum ab Oleo per infundibulum separatum, ad alios usus, iterata distillatione ex balneo arenae rectifica et vase optimè clauso serva.

*Dosis à granis quatuor ad scrupulum.*

Simili modo parantur

*Carbonas Ammoniaci Viperarum,*
*Lumbricorum et*
*similium.*

## Carbonas ammoniaci C. C. liquidus.

(*Spiritus Cornû Cervi.*)

℞. Cornû Cervi in frustula dissecti Q. V.

Imple retortam et distilla S. A. uti in Carbonate Ammoniacali C. C. Crystallisati. Liquorem ab Oleo per infundibulum vitreum separatum mitte in retortam vitream, igne arenae distilla in excipulum ad siccitatem et in vaso obturato ad usum serva.

*Dosis ad drachmam.*

## CARBONAS MAGNESIAE.

(*Lac Terrae.*)

℞. Sulphatis Magnesiae, . . . . . } ana libras duas.
Carbonatis Potassae Tartari }

Utrumque seorsim dissolve in Aquae libris decem et filtra. Misce, coque paulisper spathulâ agitando, et liquorem adhuc calentem rursus cola per filtrum; super quod perstabit pulvis albus, quem Aquâ calidâ lotum, exsiccatum et per setaceum trajectum laxè in vase rite obturato serva.

*Nota.* Si loco Carbonatis Potassae Tartari Carbonatem Sodae adhibueris, pariter succedit operatio.

## NITRAS POTASSAE CUM SULPHURE FUSUS.

(*Sal Prunella.*)

℞. Nitratis Potassae libras duas et semis.

Mitte in ollam fictilem non vitreatam, igni impositam. Liquefacto per vices adjice Florum Sulphuris unciam semis.

Absolutâ deflagratione et ollâ parum refrigeratâ, materiem fluentem in pelvim effun-

de, continuo versandam, ut illa expandatur. Dein exime et serva.

*Dosis à semiscrupulo ad scrupulos duos.*

## Sulphas potassae.

(*Tartarus Vitriolatus*, *Arcanum Duplicatum*, *Sal Polychrestus.*)

℞. Carbonatis Potassae Tartari libram unam,
Aquae libras sex.

Dissolve in vase vitreo et instilla paulatim Acidi Sulphurici Aquosi Q. S. ad perfectam saturationem. Liquorem post levem ebullitionem ex balneo arenae filtra, vapora ad pelliculam et repone, ut crystalli concrescant. Liquoris residuum effunde, et vaporationes ad pelliculam repete, quamdiu crystallos exhibeat, quas exsiccatas serva.

*Dosis à semiscrupulo ad semunciam.*

## Sulphas aluminae acetatus.

(*Lapis Medicamentosus.*)

℞. Oxydi Ferri Rubri uncias duas,
Oxydi Plumbi Semivitrificati, . . } ana uncias quatuor.
Boli Armenicae, }
Sulphatis Aluminae. . . . . . . . . . }

Pulveratis et in ollam terream immissis, superaffunde

Aceti optimi Q. S. ut duos digitos emineat.

Vase obturato macera per biduum, aut triduum, materiem identidem agitando. Tunc adde

Nitratis Potassae uncias octo,

Muriatis Ammoniaci uncias duas.

Vapora ad siccitatem et vehementi igni per horam impone.

### Sulphas cupri aluminosus camphoratus.

(*Lapis Divinus, seu Ophthalmicus.*)

℞. Sulphatis Cupri, ........ }
Sulphatis Aluminae. ..... } ana uncias sex.

Pulvera, misce, mitte in vas fictile et liqua igne lento. Tunc adde

Camphorae pulveratae drachmas duas.

Materiem refrigeratam effracto vase exime et serva.

### Murias calcis.

℞. Acidi Muriatici libram unam,
Aquae libras octo.

Misce in vase vitreo et adde
Marmoris Albi pulverati Q. S. ad saturationem.

Cochleatim pulvis injiciatur usquedum effervescentia sit finita, agitando materiem continuè, ut fiat perfecta saturatio et Acidi Carbonici simul exhalatio: postea coque donec liquor salinus sit bene saturatus, quod cognoscitur quando Tincturam, vel Syrupum Violarum *Caeruleum* non immutet; filtretur, in vase vitreo evaporetur ad siccitatem, spathulâ ligneâ agitando, et vase vitreo obturato et sicco ad usum servetur.

*Dosis ad scrupulum.*

Simili modo parantur crystallisationis ope Salia sequentia:

*Murias Potassae,*
*Sodae,*
*Barytae et similium.*

## Acetas potassae.

(*Terra Foliata Tartari.*)

℞. Carbonatis Potassae Tartari uncias quatuor,
Aceti Distillati uncias sexdecim.

Affunde Sali Acidum in vase vitreo. Seda-

tâ effervescentiâ vapora leni igne, et plus Acidi diversis vicibus adjice, donec, priori quantitate per evaporationem ferè absumptâ, nova Acidi quantitas addita nullam cieat effervescentiam, seu potius donec materia salina Syrupi Violarum *Caerulei* colorem non immutet: quod fiet consumptis Acidi libris circiter septem. Tunc lentè exsicca et Salem obscurioris coloris lenissimo igne aliquantisper liqua, in Aquâ solve et per chartam filtra. Liquorem lenissimè vapora ex vase vitreo, minimè profundo, materiam salinam, dum arescit, assiduè movendo, ut citiùs ad siccitatem perveniat; quam vase obturato serva, candidissimam scilicet, purissimam, totamque tum Aquâ, tum Alkohole Vini solubilem, nullis faecibus relictis.

*Dosis à granis decem ad scrupulum.*

### Acetas ammoniaci liquidus.

(*Spiritus Mindereri.*)

℞. Ammoniaci Liquidi Q. V.

Paulatim instilla in phiala vitrea, subinde agitando, Acidi Acetosi Q. S. donec Syrupi Violarum *Caerulei* colorem non immutet.

*Dosis à scrupulo ad drachmam.*

## Tartras acidulus potassae.

(*Cremor Tartari.*)

℞. Tartari libras decem,
Argillae purificatae libram unam,
Aquae libras octoginta.

Coque in vase terreo per horas duas, et liquorem adhuc ferventem per linteum cola, repone in loco frigido, ut fiant crystalli, quas Aquâ frigidâ ablutas, et terrâ aluminosâ expoliatas, iterum solve et procede ut antea, quamdiu crystallos candidissimas obtineas.

## Tartras potassae.

(*Tartarus Solubilis.*)

℞. Carbonatis Potassae Tartari libram unam,
Aquae libras octo.

Solve, ac solutioni ebullienti paulatim injice Tartratis Aciduli Potassae pulverati Q. S. ut Sal perfectè saturatus effervescere cesset, et Syrupi Violarum *Caerulei* colorem non immutet. Refrigeratum liquorem filtra et in vase vitreo vapora leni igne ad pelliculam, ut crystallos obtineas: quas, si minùs purae fue-

rint, denuo solve, filtra et vapora. Quoties verò vaporationes iteraveris, toties num liquor salinus saturationem retineat, explorabis.

*Dosis à scrupulo ad semunciam.*

### Tartras potassae et sodae.

(*Tartarus Solübilis de Seignete.*)

℞. Carbonatis Sodae libram unam,
Tartratis Aciduli Potassae Q. S. ad perfectam saturationem,
Aquae libras duodecim.

Procede, ut in Tartrate Potassae diximus.

*Dosis ad drachmam unam.*

### Tartras potassae ferruginosus.

(*Tartarus Chalybeatus Solubilis.*)

℞. Tartratis Potassae uncias quatuor,
Tincturae Vinosae Ferri Tartarisatae libram unam.

Coque in vase vitreo igne arenae ad siccitatem.

*Dosis à semiscrupulo ad scrupulum.*

### Succinas ammoniaci liquidus.

(*Spiritus C. C. Succinatus.*)

℞. Carbonatis Ammoniaci Cornû Cervi liquidi Q. V.

In phialam vitream immisso, affunde paulatim

Acidi Succinici Crystallisati in mortario vitreo pulverati Q. S. ad perfectam saturationem.

*Dosis à guttis quatuor ad guttas duodecim.*

## CAPUT XXXVIII.

## *PRAEPARATA EX ZINCO.*

### Oxydum zinci sublimatum.

(*Flores Zinci.*)

℞. Zinci puri quantum libuerit.

Immitte in crucibulum triangulare, cui superimpone aliud simile crucibulum, sed inversum ita, ut anguli utriusque alternentur. Colloca inter carbones accensos. Zincum igne forti liquatum flammam concipiet, et sublimabuntur Flores Albi, qui utrumque crucibulum implentes flammam exstinguent. Tunc

rutabulo ferreo Flores remove, ut Zincum denuo exardeat: quod repete, donec omnis Zinci portio in Flores sit conversa: quos, si satis albi non sint, in aliud crucibulum candens paulatim injice, et ure ad perfectam oxydationem.

*Dosis internè à granis sex ad decem.*

### Sulphas zinci.

(*Vitriolum Album.*)

℞. Zinci puri quantum libuerit,
Acidi Sulphurici Aquosi Q. S. ad dissolutionem.

Filtra et post debitam evaporationem crystallisa S. A.

*Usus plerumque externus.*

# CAPUT XXXIX.

## *PRAEPARATA EX FERRO.*

### Sulphas ferri.

(*Sal, seù Vitriolum Martis.*)

℞. Limaturae Ferri purae et nitentis libram unam,

Aquae libras quatuor,
Acidi Sulphurici libram unam.

Misce in vase vitreo capaci saepius agitando, et post effervescentiam calefac paulisper, ac per chartam filtra. Solutionem ad tertiae partis comsumptionem vapora, et in frigido loco ad crystallisationem repone. Separatis crystallis, effusum liquorem denuo vapora et procede, ut antea dictum est, quoad nullae appareant crystalli.

*Dosis à granis tribus ad semiscrupulum.*

## Sulphatis ferri exsiccatio.

(*Vitrioli Martis Calcinatio.* Vulgò *Chalcitis.*)

℞. Sulphatis Ferri Q. V.

In vase terreo non vitreato igne moderato humiditatem vapora, donec in massam cineream redigatur.

## Oxydum ferri rubrum.

(*Colcothar.*)

℞. Sulphatis Ferri Q. V.

In vase terreo non vitreato igni vehementi expone donec vapores non emittat et co-

lorem rubrum adquisiverit; postea laeviga et serva ad usum.

*Usus externus.*

### Carbonas potassae et ferri liquidus.

(*Tinctura Elastica.*)

℞. Limaturae Ferri nitidae uncias duas,
Carbonatis Potassae Tartari uncias octo.

Misce et liqua in crucibulo igne vehementi in massam. Hanc in mortario ferreo, aut lapideo in pulverem redige, et vase fictili patulo exceptam aëri humido expone. Facesset in liquorem. Filtra.

*Dosis ad drachmam unam in libris quatuor Aquae pro potu per intervalla.*

### Acetas ferri liquidus.

(*Vitriolum Liquidum Martis.*)

℞. Limaturae Ferri non rubiginosae libram unam,
Aceti optimi libras duodecim.

Digere in matracio per dies octo; postea filtra et serva ad usum.

*Dosis ad semiunciam.*

## Globuli ferri tartarisati.

(*Pyri Martiales.*)

℞. Limaturae Ferri purae uncias octo,
Tartari pulverati uncias duodecim.

Misce in cucurbita terrea et affunde

Alkoholis Vini Communis, } partes aequales ad
Aquae. . . . . . . . . . . . . } digiti eminentiam.

Digere et leni calore liquorem vapora. Massae exsiccatae, ac pulveratae Aquam et Alkoholem denuo affunde, digere et vapora; idque pluries repete, quousque massa exsiccata velut resinosa appareat. Tunc ex ea globulos pyri minoris magnitudine efforma.

## Carbonas ferri.

(*Crocus Martis Aperiens.*)

℞. Limaturae Ferri purae libram unam.

Aëri expone, et Aquâ Distillatâ saepius humecta, donec in rubiginem abeat. Tere in mortario ferreo, et affusâ Aquâ pulverem subtilissimum simul cum illa per inclinationem effunde et sicca. Residuum verò rursus humecta, aëri diutius expone, denuo in mor-

tario tritum ablue et sicca.

*Dosis à granis quinque ad scrupulum.*

## Oxydum ferri nigrum.

(*Æthiops Martialis.*)

℞. Limaturae Ferri splendentis Q. V.
Aquae Distillatae Q. S. ad octodecim digitorum eminentiam.

Mitte in matracium et digere per duorum, vel trium mensium spatium, identidem agitando, donec Ferrum pulveris nigerrimi formâ totum ferè appareat; addendo, si opus fuerit, S. Q. Aquae ad aëris attactum praecavendum. Postea agita, et Aqua turbida per decantationem separata per subsidentiam praestabit Ferrum ad minimum oxydatum in pulverem subtilissimum, quem leni calore exsiccatum in vase vitreo diligenter serva.

*Dosis ad scrupulos duos.*

# CAPUT XL.

## *PRAEPARATA EX ANTIMONIO.*

### Antimonium purum.

(*Regulus Antimonii.*)

℞. Sulphureti Antimonii libras duas,
Tartari libram unam et semis,
Nitratis Potassae uncias octo.

Seorsim pulverata misce et in crucibulum ignitum cochleatim immitte. Peracta detonatione, materiem liqua et refrigerato crucibulo, Metallum in fundo haerens â scoriis separa et lava.

### Murias oxygenatus Antimonii.

(*Butyrum Antimonii.*)

℞. Antimonii puri uncias quatuor,
Muriatis Oxygenati Hydrargyri Sublimati uncias duodecim.

Seorsim pulverata et cautim mixta in mortario lapideo inde in retortam vitream brevioris et latioris colli : apta receptaculum

amplum, et commissuris clausis distilla igne per horae spatium leni, deinde gradatim aucto. Ascendet in receptaculum liquor primo tenuis, mox crassior, postremo Sal crystallisatus, quem si retortae collo adhaeserit, carbone admoto liquabis et in vase rite clauso servabis.

*Usus externus.*

### Oxydum antimonii semivitrificatum.

(*Hepar Antimonii.*)

℞. Sulphureti Antimonii in pulverem triti, Nitratis Potassae pulverati. . . . . . . . . . . . } ana libram unam,
Muriatis Sodae unciam unam.

Misce, per intervalla in crucibulum candefactum injice et calorem augendo liqua. Effunde et frigefactam massam à scoriis separa.

### Oxydum antimonii sulphuratum rubrum.

(*Kermes Minerale.*)

℞. Sulphureti Antimonii subtilissimè pulverati uncias quatuor,

Carbonatis Potassae Tartari libras quatuor,
Aquae Distillatae libras viginti duas.

Dissolve Salem in Aqua et filtra. Ebullienti liquori in vase ferreo per vices adjice Sulphuretum. Bulliat per horam saltem et liquorem adhuc ferventem filtra. Pulvis ruber per refrigerationem subsidebit, quem, dissolutione decantata, Aquâ Distillatâ frigidâ edulcora, leni calore exsicca et pulveratum serva.

*Dosis à grano uno ad grana quinque cum aequali Sacchari quantitate.*

### Tartras potassae antimonialis.

(*Tartarus Emeticus.*)

℞. Tartratis Aciduli Potassae, }
Oxydi Antimonii Semivitri- } ana uncias sex,
ficati laevigati et loti. . . }
Aquae Distillatae libras sex.

Coque leniter in vase vitreo per horam spathulâ ligneâ movendo. Liquorem filtratum vapora leni igne ad siccitatem. Dissolve iterum quam possis minima Aquae Distillatae ferventis quantitate, filtra et repone, ut fiant crystalli. Vaporationes et crystallisa-

tiones repete, donec crystallos non obtineas.
*Dosis à granis duobus ad grana sex.*

## Oxydum antimonii album.

(*Antimonium Diaphoreticum Usuale.*)

℞. Sulphureti Antimonii semilibram,
Nitratis Potassae libram unam et semis.

Seorsim pulverata misceantur exactè, et in crucibulum candens cochleatim injiciantur, ut per vices detonentur; peracta combustione, ignis augeatur per horam; postea crucibulum separa ab igne, et cautè in Aquam ferventem mitte, ut materies cum fragore dissolvatur, continuè agita Aquam lactescentem, ut omnis à crucibulo separetur materies: tunc per setaceum cola et post subsidentiam Aquam per inclinationem separa, multoties pulverem album ablue, sicca in umbrâ et serva ad usum.

*Dosis ad drachmam semis.*

N. B. Si lotiones evaporantur in vase vitreo ad siccitatem, massam salinam obtinebis, Potassâ, Antimonii Oxydo et Nitrate Potassae constantem, quae *Nitrum Stibiatum* ab antiquis vocabatur.

# CAPUT XLI.

## *PRAEPARATA EX CUPRO.*

### Acetas cupri crystallisatus.

(*Crystalli Veneris.*)

℞. Oxydi Cupri Acetati pulverati libram unam,
Aceti Distillati libras octo.

In matracio vitreo digere continuè agitando, ut dissolvatur; tunc filtra et balneo arenae in vase vitreo vapora ad pelliculam, in loco frigido repone, ut concrescant crystalli, quae serventur ad usum.

*Usus externus.*

# CAPUT XLII.

## *PRAEPARATA EX PLUMBO.*

### Acetas plumbi crystallisatus.

(*Sal, seù Saccharum Saturni.*)

℞. Carbonatis Plumbi Albi, vel Oxydi Plumbi Semivitrificati libram unam,

Aceti Distillati libras octo.

Coque simul balneo arenae, donec Acidum saturetur. Filtra, ad pelliculam vapora et sepone, ut fiant crystalli. Residuum liquorem exhala denuo; idque repete, dum crystallos praebuerit.

*Usus externus.*

### Acetas plumbi liquidus.

(*Acetum Plumbi*, *seù Saturni.*)

℞. Oxydi Plumbi Semivitrificati libram unam,
Aceti Albi optimi libras quatuor.

Digere in vase vitreo leni calore per aliquot dies, saepius agitando. Quiescat liquor; quem per inclinationem transfunde, aut filtra et in vase clauso serva.

### Sulphuretum plumbi factitium.

(*Plumbum Ustum.*)

℞. Plumbi in frustula Q. V.

Funde in vase terreo patulo et adde cochleatim, continenter agitando, sufficientem quantitatem Sulphuris pulverati, donec in pulverem nigrum redigatur; postea in porphyrite laeviga.

# CAPUT XLIII.

## *PREPARATA EX HYDRARGYRO.*

### Hydrargyri extractio.

℞. Cinnabaris Nativae Q. V.

Pulvera et procede, ut in Hydrargyri purificatione.

### Hydrargyri purificatio.

℞. Hydrargyri Q. V.

Ex retorta ferrea, aut fictili non vitreata vehementi igne distilla in receptaculum, cujus medietatem Aqua repleat.

### Amalgama stanni.

(*Amalgama, seù Pasta Jovis.*)

℞. Stanni uncias duas,
Hydrargyri puri uncias tres.

Hydrargyrum, tandiu in crucibulo calefactum, donec in fumos abire incipiat, affunde Stanno, in alio crucibulo liquefacto; post-

ea ab igne remove et materiem agita spathulâ ligneâ in mortario marmoreo, addendo Muriatis Sodae pauxillum, et Aquâ ablue ad dulcedinem: dein linteo exsicca et serva.

### Oxydum hydrargyri saccharatum.

(*Saccharum Vermifugum.*)

℞. Hydrargyri puri uncias duas,
Sacchari Albi pulverati uncias quatuor.

Tere utrumque in mortario lapideo cum Aquae S. Q. ut fiat massa mollis, quam tandiu subige, donec Hydrargyrus penitus sit exstinctus.

*In singulis drachmis continet* Hydrargyri *scrupulum unum.*

*Dosis à granis sex ad scrupulum.*

### Sulphuretum hydrargyri nigrum.

(*Æthiops Mineralis.*)

℞. Hydrargyri puri uncias duas,
Sulphuris Sublimati uncias quatuor.

Tere simul in mortario vitreo, aut marmoreo, quousque globuli visum effugiant.

*In singulis drachmis continet* Hydrargyri *scrupulum unum.*

*Dosis à semiscrupulo ad drachmam.*

### Sulphuretum hydrargyri sublimatum.

(*Cinnabaris Factitia.*)

℞. Sulphuris libram unam.

Liquefacto in vase fictili adjice sensim Hydrargyri libras tres.

Agitentur continuo, donec exactè unita appareant et nigrescant. Frigefactam et pulveratam materiem forti igne sublima ex phiala vitrea in massam rubram, phialae orificium chartâ obturando: postea laeviga et serva ad usum.

*Dosis ad grana octo.*

### Oxydum hydrargyri nitratum rubrum.

(*Mercurius Praecipitatus Ruber.*)

℞. Acidi Nitrici, ........ }
Hydrargyri puri. ...... } ana libram unam.

Misce in vase vitreo balneo arenae ad solutionem. Liquorem vapora ad siccitatem. Materiem pulveratam immitte in vas fictile

non vitreatum latioris fundi et valido igni expone, spathulâ ferreâ continenter agitando, donec rubrum colorem acquirat: postea in porphyrite tandiù tere, aut laeviga sine Aqua, donec subtilissimus pulvis appareat.

*Usus externus.*

## Murias hydrargyri praecipitatus.

(*Mercurius Praecipitatus Albus.*)

℞. Hydrargyri puri uncias quatuor,
Acidi Nitrici purificati uncias sex,
Muriatis Sodae uncias quatuor,
Aquae Distillatae libras tres.

Hydrargyrum in Acido dissolve in matracio vitreo, loco frigido. Muriatem Sodae solve quoque in Aqua et filtra. Dissolutionem Hydrargyri effunde in Muriatis Sodae solutionem. Tunc adde Aquae Distillatae uncias sexdecim. Pulverem album subsidentem, decantato liquore supernatante, Aquâ Distillatâ pluries elue, in umbrâ exsicca et vase opaco serva.

*Usus externus.*

## Murias oxygenatus hydrargyri sublimatus.

(*Mercurius Sublimatus Corrosivus.*)

℞. Hydrargyri puri libras duas,
Acidi Sulphurici uncias triginta,
Muriatis Sodae exsiccati libras quatuor.

Hydrargyrum in Acido Sulphurico dissolve vase ferreo, et usque ad siccitatem vapora: in mortario lapideo pulvera; cum Muriate Sodae pulverato misce et in phiala vitrea, quod triplo capacius sit, leni igne sublima. Ex frigida, fractaque phiala exime accuratè massam salinam, superiori vasis parti adhaerentem.

*Usus plerumque externus.*

*Interius cautissimè ad octavam grani partem in Aqua Distillata propinatur.*

## Murias hydrargyri sublimatus.

(*Mercurius Mitis, seù Dulcis.*)

℞. Muriatis Oxygenati Hydrargyri Sublimati uncias octo,
Hydrargyri puri uncias sex.

Tere Muriatem Oxygenatum in mortario

lapideo cum Aquae pauxillo, Hydrargyrum purum paulatim addendo, donec reddatur inconspicuus. Materiem exsiccatam sublima igne arenae in phiala vitrea. Salem superiori vasis parti adhaerentem separa et sublima quoties opus fuerit, donec parum materiae in Aqua calcis tritum omnino nigrescat. Tunc pulvera, in porphyrite laeviga et Aquâ Distillatâ ferventî lava, sicca et vase opaco ad usum serva.

*Dosis à granis sex ad semidrachmam.*

# CAPUT XLIV.

## *PRAEPARATA EX ARGENTO.*

### Nitras argenti fusus.

(*Lapis Infernalis.*)

℞. Argenti puri unciam unam,
Acidi Nitrici uncias tres.

Mitte in vas vitreum, et dissolve lento igne. Solutionem adhuc calentem decanta et in vase vitreo balneo arenae vapora ad siccitatem. Massam Salinam cautè exime et per vices in vase ferreo funde, donec ampullae

non appareant. Materiem penitus liquefactam effunde in modiolum ferreum (hispanicè *Rielera*), calefactum et sebo illitum. Refrigeratas virgulas exime et in vase clauso repone.

*Usus externus.*

# INDEX MEDICAMENTORUM.

## A

Acetas Ammoniaci Liquidus. . . . . . . . . . . . . . . . 295.
Cupri Cryſtalliſatus. . . . . . . . . . . . . . . . . . 308.
Ferri Liquidus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 301.
Potaſſae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 294.
Plumbi Cryſtalliſatus. . . . . . . . . . . . . . . . 308.
Liquidus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 309.
Acetum Camphorae Antiſepticum. . . . . . . . . . . . 238.
Colchici. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 240.
Cyperi Longi Aromaticum. . . . . . . . . . . 239.
Diſtillatum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 279.
ex Floribus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 240.
Herbis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Summitatibus Herbarum. . . . . . . . . ibid.
Roſarum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 239.
Scyllae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 240.
Acidi Sulphurici Communis Purificatio. . . . . . . . 277.
Acidum Aceticum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 280.
Benzoicum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 281.
Boracicum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 276.
Muriaticum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 278.
Oxygenatum ad Contagia. . . 279.
Nitricum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 276.

Acidum Oxalicum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 280.
Succinicum Crystallisatum. . . . . . . . . . . . 281.
Liquidum. . . . . . . . . . . . . ibid.
Sulphuricum Aquosum. . . . . . . . . . . . . 278.
Adipis Praeparatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 93.
AEther Aceticus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 249.
Sulphuricus. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 247.
Aloes Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 98.
Alkohol Camphorae Saponaceum. . . . . . . . . . . . 246.
Cinnamomi. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 243.
Cochleariae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 242.
Corticum Aurantiorum. . . . . . . . . . . . . 244.
Citrei. . . . . . . . . . . . . . . . . 245.
Helenii Compositum. . . . . . . . . . . . . . . 241.
Melissae Compositum. . . . . . . . . . . . . . 243.
Muriaticum AEthereum. . . . . . . . . . . . . 247.
Nitricum AEthereum. . . . . . . . . . . . . . ibid.
Rorismarini. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 242.
Salviae Vulnerarium. . . . . . . . . . . . . . . 244.
Sulphuricum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 246.
AEthereum. . . . . . . . . . . . . ibid.
Vini. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 245.
Camphoratum . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Commune. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Amalgama Stanni. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 310.
Ammoniacum Liquidum. . . . . . . . . . . . . . . . . . 282.
Anguium Praeparatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 97.
Antimonii Crudi Laevigatio. . . . . . . . . . . . . . . 103.

Antimonium Purum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 304.
Aqua Acetatis Plumbi. . . . . . . . . . . . . . . . . . 267.
Acidi Carbonici. . . . . . . . . . . . . . . . . . 263.
Acidi Carbonici Camphorata . . . . . . . . . . ibid.
Calcis. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 267.
Carbonatis Potassae Acidula . . . . . . . . . 264.
Cinnamomi Lacticinosa. . . . . . . . . . . . 262.
Corticum Aurantiorum. . . . . . . . . . . . . 261.
Lacticinosa. . . . . . 262.
Citrei . . . . . . . . . . . . . . . . . 261.
Lacticinosa. . . . . . . . . . . 262.
Cupri Ammoniacalis. . . . . . . . . . . . . . . 266.
Florum Aurantiorum. . . . . . . . . . . . . . 261.
Sambuci. . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Muriatico-Mercurialis Rubra. . . . . . . . . . 266.
Rosarum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 261.
Seminum Anisi Lacticinosa. . . . . . . . . . 262.
Foeniculi Lacticinosa. . . . . . . . . ibid.
Succorum Vegetabilium Vulneraria. . . . . . 264.
Sulphatis Aluminae. . . . . . . . . . . . . . . 266.
Ferri et Magnesiae Antimonialis. . 264.
Zinci Aluminosa. . . . . . . . . . . . 267.
Argillae Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 102.
Asellorum Praeparatio. . . . . . . . . . . . . . . . . 93.
Axungiae Praeparatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.

## B

Bdellii Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 98.
Boli Armenicae Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . 101.
Boratis Sodae Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.

## C

Calx Pura. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 284.
Carbonas Ammoniaci Crystallisatus. . . . . . . . . . . . 289.
Cornu Cervi Crystallisatus. . . ibid.
Liquidus. . . . . ibid.
Lumbricorum. . . . . . . . . . 290.
Viperarum. . . . . . . . . . . ibid.
Ferri. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 302.
Magnesiae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 291.
Potassae Absinthii. . . . . . . . . . . . . . . 288.
Cardui Benedicti. . . . . . . . . . ibid.
Centaurii Minoris. . . . . . . . . ibid.
et Ferri Liquidus. . . . . . . . . 301.
Liquidus. . . . . . . . . . . . . . . 287.
Tartari. . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Sodae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 288.
Carbonatis Plumbi Purificatio. . . . . . . . . . . . . . 102.
Cataplasma Althaeae Emolliens. . . . . . . . . . . . . 234.
Crustae Panis Acetosum. . . . . . . . . . 233.
Farinae Hordei. . . . . . . . . . . . . . . 234.
Fermenti Panis Theriacale. . . . . . . . ibid.
Micae Panis Anodynum. . . . . . . . . . 233.

Cataplasma Nidi Hirundinis. . . . . . . . . . . . . . 235.
Sinapis Discutiens. . . . . . . . . . . . . . 236.
Ceratum Anodynum. . . . . . . . . . . . . . . . . . 213.
Cinnabaris Nativae Laevigatio. . . . . . . . . . . . 103.
Clyster Amyli Anodynus. . . . . . . . . . . . . . . . 275.
Corticum Granatorum. . . . . . . . . . . . . 274.
Foliorum Malvarum Emolliens. . . . . . . . 275.
Vini Antimonialis Irritans. . . . . . . . . . . ibid.
Confectio Hyacinthorum Composita. . . . . . . . . . 161.
Margaritarum Kermesina. . . . . . . . . . ibid.
Quinae Antiepileptica. . . . . . . . . . . . . 163.
Antimonialis. . . . . . . . . . . . . 160.
Astringens. . . . . . . . . . . . . . 163.
Rosarum Rubrarum Astringens. . . . . . . ibid.
Santalorum Cordialis.. . . . . . . . . . . . 160.
Conserva Capilli Veneris. . . . . . . . . . . . . . . . 152.
Cochleariae. . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Hederae Terrestris. . . . . . . . . . . . . . ibid.
Lepidii. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 153.
Prunorum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 151.
Rosarum Rubrarum. . . . . . . . . . . . ibid.
Scordii. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 153.
Violarum. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 151.
Coralliorum Laevigatio. . . . . . . . . . . . . . . . . 97.
Cornû Cervi Pulveratio. . . . . . . . . . . . . . . . . 93.
Ustio . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 94.
Decoctum Carbonatis Potassae Absinthii. . . . . . . . 124.
Chamaedryos Amarum. . . . . . . . . . . . . 119.

# D

Decoctum Cornu Cervi cum Mica Panis. . . . . . . . 118.
Gummosum. . . . . . . . . . 117.
Tenuius. . . . 118.
Fructuum Juniperi Carminativum. . . . 126.
Graminis Compositum. . . . . . . . . . . . 122.
Hordei Compositum. . . . . . . . . . . . . ibid.
Jujubarum Pectorale. . . . . . . . . . . . 123.
Ligni Campechiani. . . . . . . . . . . . . ibid.
Guajaci Compositum. . . . . . . . . 124.
Malvarum Carminativum. . . . . . . . . . . 127.
Mannae Carminativum . . . . . . . . . . . 128.
Laxativum. . . . . . . . . . . . . . 127.
Purgans. . . . . . . . . . . . . . . . ibid
Poligalae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 123.
Quinae Atisepticum. . . . . . . . . . . . . . 120.
Purgans. . . . . . . . ibid.
Radicis Althaeae Emolliens. . . . . . . . . . 126.
Rhabarbari. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 128
Sarsaeparrillae Edulcorans. . . . . . . . . . 125.
ex Callac. . . . . . . . . . . . ibid.
Scorzonerae Bezoardicum. . . . . . . . . . . 121.
Solutivum. . . . ibid.
Verbasci Anodynum. . . . . . . . . . . . . . 119.

# E

Eboris Ustio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 96.
Electuarium Cassiae Tamarindatum. . . . . . . . . . . . 154.
Hyoscyami Opiatum. . . . . . . . . . . . . 159.
Scordii Opiatum. . . . . . . . . . . . . . 154.
Sennae Compositum. . . . . . . . . . . . 153.
Theriacale. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 155.
Magnum. . . . . . . . . . . . . 156.
Emplastrum Assaefoetidae Matricale. . . . . . . . . . . 227.
Cantharidum. . . . . . . . . . . . . . . . . 231.
Carbonatis Plumbi Ustum . . . . . . . . 213.
Cicutae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 214.
Collae ad Herniam. . . . . . . . . . . . . 222.
Galbani Crocatum. . . . . . . . . . . . . 229.
Roborans. . . . . . . . . . . . 231.
Simplex. . . . . . . . . . . . . 228.
Meliloti Compositum. . . . . . . . . . . 230.
Simplex. . . . . . . . . . . . . 229.
Oxydi Plumbi Diabotanum. . . . . . . . 221.
Diabot. cum Hydrargyro. 222.
Epuloticum. . . . . . . . . 220.
Gummatum. . . . . . . . . 217.
Mucilagineum. . . . . . . 216.
Mucilag. Compositum. . . ibid.
Rubrum. . . . . . . . . . . 215.
Saponaceum. . . . . . . . 219.
Picis Nigrae Regium. . . . . . . . . . . . 226.

Emplastrum Ranarum cum Hydrargyro. . . . . . . . 219.
. . . . . . . . . . . . Simplex. . . . . . . . . . . . . . 218.
. . . . Resinarum Glutinans. . . . . . . . . . . . . 227.
. . . . Resinosum Sulphuratum. . . . . . . . . . 212.
. . . . Sebi Anodynum. . . . . . . . . . . . . . . 213.
. . . . Siliquarum. . . . . . . . . . . . . . . . . 224.
. . . . . . . . . . Imperiale. . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Spermatis Ceti. . . . . . . . . . . . . . . 229.
. . . . Styracis Sthomachicum. . . . . . . . . . . 225.
. . . . . . . . . . . . . . Pharm. Matrit. . ibid.
Emulsio Communis. . . . . . . . . . . . . . . . . . 113.
. . . . cum Gummi Arabico. . . . . . . . . . . . . 114.
. . . . . . . Manna. . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Gummi Ammoniaci. . . . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Purgans. . . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Extractum Absinthii. . . . . . . . . . . . . . . . . 129.
. . . . Agarici. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 135.
. . . . . . . . Aloeticum. . . . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Boraginis. . . . . . . . . . . . . . . . . . 129.
. . . . Cardui Benedicti. . . . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Centaurii Minoris. . . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Cichorii. . . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
. . . . Colocynthidis. . . . . . . . . . . . . . . . 135.
. . . . Corticis Peruviani. . . . . . . . . . . . . 130.
. . . . Croci. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 131.
. . . . Fructuum Juniperi. . . . . . . . . . . . . 129.
. . . . Glycyrrhizae. . . . . . . . . . . . . . . . 130.
. . . . Hellebori Nigri. . . . . . . . . . . . . . . 134.

Extractum Ligni Guajaci. . . . . . . . . . . . . . . . . 134.
Opii Aquosum. . . . . . . . . . . . . . . 131.
Cinnabarinum. . . . . . . . . . . . . 133.
Crocatum. . . . . . . . . . . . . . ibid.
Glycyrrhizatum. . . . . . . . . . . . 132.
Radicis Bistortae. . . . . . . . . . . . . . . 134.
Gentianae. . . . . . . . . . . . ibid.
Helenii. . . . . . . . . . . . . . ibid.
Tormentillae. . . . . . . . . . . ibid.
Valerianae. . . . . . . . . . . . . ibid.
Ratanhiae. . . . . . . . . . . . . . . . . 130.
Rhabarbari. . . . . . . . . . . . . . . . 131.
Sarsaeparrillae. . . . . . . . . . . . . . . 134.
Sennae. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 131.
Siliquarum. . . . . . . . . . . . . . . . . 130.
Taraxaci. . . . . . . . . . . . . . . . . . 129.

## F

Fellis Praeparatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 94.

## G

Galbani Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 98.
Gargarisma Nasturtii Compositum. . . . . . . . . 274.
Gelatina Cornû Cervi. . . . . . . . . . . . . . . . . . 136.
Fructuum Cydoniorum. . . . . . . . . . . . 137.
Fragariae. . . . . . . . . . . . . ibid.
Grossulariae. . . . . . . . . . . 136.
Rubi Idaei. . . . . . . . . . . . . 137.

Globuli Ferri Tartarisati. . . . . . . . . . . . . . . . . . . 302.
Gummi Ammoniaci Purificatio . . . . . . . . . . . . . 98.

H

Hydrargyri Extractio. . . . . . . . . . . . . . . . . . 310.
Purificatio. . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.

I

Infusum Mali Persici. . . . . . . . . . . . . . . . . 115.
Paeoniae. . . . . . . . . . . . . . . . . . ibid.
Rosarum Pallidarum. . . . . . . . . . . . . ibid.
Rubrarum. . . . . . . . . . . . ibid.
cum Acido. . . . . . ibid.
Injectio Lactis Opiata. . . . . . . . . . . . . . . . . . 272.
Muriatis Hydrargyri Camphorata. . . . . . . 273.
